



**R. P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, E Societate Iesv, In
Collegio Romano eiusdem Societ. olim Theologiæ
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis, Disputationes
Scholasticæ, Et Morales, De Sacramentis in ...**

Lugo, Juan de

Lugduni, 1652

Disputatio XX. De tempore, loco, & aliis circumstantiis huius Sacrificij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82340)

quis sic aliter intelligat, reiiciendus erit omnino utpote contrarius Concilio Constantiensi sess. 8. ubi damnatur articulus iste, qui erat 19. inter articulos VViclefi, scilicet speciales orationes pro aliis quibus applicatas non magis prodesse, quam orationes generales. Et quidem quidquid sit de valore Missæ; de Psalmis tamen, & orationibus negari non potest, habere valorem finitum.

257. *Quid sit secunda intentio in Missa.*
Ex dictis inferitur primo, quid sibi velit secunda intentio in Missa, quæ solet pro aliis applicari; nam re vera applicare secundam intentionem pro aliquo, est applicare conditionaliter, si ille, cui primo cui primo applicatur, non indigeat, vel etiã extendere impetrationem ad illud, quæ ut diximus, ad plures extendi potest; vel denique est applicare etiam primario satisfactionem casu, quo vera sit opinio contraria, iuxta quam Sacerdos potest extendere suam applicationem ad multos, & prudenter faciet extendendo, valeat quantum valere possit.

258. *Inferitur secundum.*
Inferitur secundo, licet probabilis concedatur ea opinio, quæ ponit in Missa infinitum valorem, nõ tamen debere censi probabilis, quod Sacerdos per se loquendo possit vno sacro satisfacere multis, à quibus stipendium accepit; quia quidquid sit de bonitate consequentiæ, Auctores tamen illius sententiæ nolunt admittere sequelam, ut vidimus. Non autem sufficit esse probabile principium, ex quo probabiliter aliquid inferatur, ut sit etiam probabile consequens, si Auctores, qui admittunt antecedens, negant sequi illud consequens. Dixi tamen, per se loquendo; quia fortasse per accidens aliquando licet ex natura rei aliquid compensare propter paupertatem Sacerdotis, vel quid simile, de quo tamen dicemus infra disp. 21.

DISPUTAT. XX.

De tempore, loco, & aliis circumstantiis huius sacrificij.

SECTIO I. De tempore huius sacrificij celebrandi.

SECTIO II. De loco apto ad offerendum hoc sacrificium; & de Altaris ornatu.

SECTIO III. Vtrum in mari possit aliquando celebrari.

SECTIO IV. De vasis, & vestibus sacris, ac aliis ad hoc sacrificium requisitis.



Ixi mus de iis, quæ sunt magis intrinseca huic sacrificio, nunc dicemus de aliis circumstantiis extrinsecis, quæ fere pertinent ad Theologos Morales: sed oportet eorum doctrinam & fundamenta aliquantulum examinare.

SECTIO I.

De tempore huius sacrificij celebrandi.

1. *Primum dubium.*
Sub hoc titulo plura dubia breuiter expedimus. Primum, & magis vniuersale est, an

Sacerdos habeat obligationem aliquando celebrandi, an vero possit à celebratione abstinere. Sententia communis affirmat, Sacerdotem obligari ad celebrandum. Hanc docent Durand. utroq. Soto, Palud. Maior, Antonius, Syluest. Angelus, Nauas. & alij, quos refert Suar. disp. 80. sect. 2. & eandem sequitur Vasq. disp. 232 c. 1. Conink quest. 83. art. 2. dub. 1. & multi Recentiores; quibus fauet S. Thomas quest. 82. artic. 10. & in 4. disput. 12. quest. 3. artic. 2. quest. 1.

Alij negant, secluso scandalo, & obligatione proveniente ex Beneficio, Capellania, Præbenda, &c. Sacerdotem præcise ex sua ordinatione obligari ad celebrandum. Hanc tenent Alexand. Bonavent. Caietanus, & alij, quos refert Suarez ubi supra, qui eam sententiam probabilem dicit, & nullum argumentum contra illam vrgere, quibus addit Victoriam, & Bonacinam, quos refert, & sequitur Diana 1. tom. tract. de celebrat. Missæ, resolut. 19. Et ego fateor, pro prima sententia me nullum argumentum conueniens adhuc inuenire, saltem ut eam obligationem sub peccato mortali agnoscamus.

Pater Vasquez n. 3. dicit, non loqui consequenter eos, qui in hoc casu negant peccatum mortale: & fatentur culpam venialem; quia vel nulla, vel certe mortalis esse debet: quæcumque enim culpa sit, debet provenire ex obligatione, & præcepto celebrandi, quod Sacerdos habet: cum autem præceptum hoc sit de materia graui, qualis est celebratio Missæ, debet esse præceptum graue multo magis, quâ præceptum communicandi in Paschate, cum celebratio Missæ grauior sit, quam simplex communio, ut constat.

Hæc tamen ratio non ex efficax: posset enim intelligi culpa venialis in omitrenda celebratione, si cer materia de se sit grauis, & capax obligationis maioris; quia nimirum aliud est, eam materiam committi, contra obedientiam; aliud vero contra aliam virtutem, quæ minus obligat. Sic qui comedit gulam in die ieiunij, peccat mortaliter; qui autem eam comedit ex gula, peccat solum venialiter; quia virtus abstinentiæ, seu temperantiæ minus grauitur obligat, quam obedientia. Sic ergo posset Sacerdos non celebrando peccare culpa prodigalitatis spiritualis, & desidij, seu otiositatis vitiosæ, non excusando potestatem acceptam, & amittendi absque casu lucrum talenti accepti: ex quibus capitibus difficile inueniretur culpa mortalis, licet materia de se esset apta ad obligationem grauem, si sub præcepto ex obedientia præciperetur.

Igitur, quod ea obligatio simpliciter sit sub peccato mortali, probant aliqui ex Ambrosij verbis: *Græue est, quod ad mensam tuam mundo corde, & manibus innocentiis non venimus; sed grauius, si dum peccata habemus, etiam Sacrificium non reddamus.* Verum P. Vasquez fatetur, illa verba in Ambrosio non repetiri; & licet reperirentur, debent intelligi, non de culpa mortali; alioquin falsa esset sententia ibi contenta; nam grauius peccatum est celebrare in peccato mortali, quam omittere celebrationem Sacrificij.

Secundo probari solet ex Innocentio III. in capite *Dolentes*, de celebratione Missarum, ubi inter alia quorundam Sacerdotum peccata refert, quod vix quater in anno celebrabant, & postea subiungit: *Hæc, & similia sub pena suspensionis penitus inhibemus.* Hoc etiam argumentum P. Vasquez fatetur inefficax; & merito, quia nulloquam apparet præceptum pluries quam quater celebrandi: quare illa pœna solum cadit super iis, qui

postea Pontifex expresso præcipit. Sequitur enim *Præcipientes in virtute sancta obedientia, ut Divinum officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis Deus dederit, studiose celebrent pariter, & devote.* Adde, nec illam penam esse de facto, sed comminatoriam nec decretum illud videri directum nisi ad Prælatos Ecclesiasticos, de quibus dixerat, esse nonnullos, qui vix quater in anno celebrabant, & quod deterius est, nec intererant.

7. Tertio probari solet ex officio Sacerdotis, cuius munus est sacrificium pro populo offerre; peccat ergo graviter, si suo muneri non satisfacit sicut si Rex non regeret, aut gubernator non gubernaret. Hoc etiam argumentum fateretur inefficax Vasquez, quia etiam ad absolvendum constituitur Sacerdos minister ex officio; & tamen non obligatur: potestas enim sola non obligat, quando alij mea opera non indigent; nec ex pacto, vel contractu teneor. Adde, Diaconum etiam ex officio destinari ad cantandum Evangelium & ministrandum Sacerdoti; & tamen nemo dicit, peccare mortaliter Diaconum, qui aliquoties in anno suum munus non exerceat. Sic ergo Sacerdos potest accipere potestatem absque obligatione exercendi illam, quamdiu non est eius opera necessaria. Sic olim Reges eo ipso habebant potestatem Sacerdotalem, & Romani Imperatores fiebant etiam salutorum Deorum Pontifices: non tamē cogebantur ad exercendum per se ipsos munus Sacerdotale. Sic in lege naturæ primogeniti omnes habebant potestatem offerendi sacrificia; quis tamen dicit, eos omnes obligatos fuisse ad offerendum? In Lege scripta omnes filij Aaron erant Sacerdotes, & reliqui ex tribu Levi erant Levitæ, qui tamen, cum dispersi essent per omnes tribus, nec sacrificium offerri posset, nisi in Hierusalem, credibile est, quod plures eorum numquam sacrificarent, sed cederent aliis vicem suam, quando iuxta ordinem suum ad eos pertineret, ne iter illud facere cogentur. Non est ergo idem, dare alicui potestatem sacrificandi, & obligare illum ad sacrificandum, nisi necessitas, vel alius titulus obliget.

8. His ergo argumentis reiectis, ipse Vasquez vult solo argumento, quo alij etiam utuntur ex illis verbis Christi: *Hoc facite in meam commemorationem*; quibus Christus Dominus præcipit Apostolis, & eorum in Sacerdotio successoribus, ut offerrent corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini, ut testatur Concilium Tridentinum, sess. 22. cap. 1. Habent ergo omnes Sacerdotes debitum offerendi ex vi huius Divini præcepti, quod ad singulos dirigitur, sicut & singulis data est offerendi potestas.

9. Hoc argumentum in primis retorqueri potest adversus Patrem Vasquez, qui tom. 4. de Penitentia, quæst. 90. art. 1. dub. 5. late probat, præceptum Christi de Confessione extra casum necessitatis fore omnino inutile, nisi simul præcipiatur Ecclesiæ, ut determinaret tempus illius præcepti Divini, eo quod, seclusa Ecclesiæ determinatione, nemo posset scire, quando, aut quoties obligaretur ad confessionem; unde in sect. num. 9. Ecclesiam debere omnino determinare tempus præcepti Divini. Similiter ergo præceptum Christi singulis Sacerdotibus impositum offerendi sacrificium inutile foret, nisi ab Ecclesiâ singulis determinetur tempus quo obligentur ad sacrificandum in nemo enim scire poterit, seclusa tali determinatione, quando obliget illud præceptum. Unde primo sequi-

tur, Ecclesiam debere omnino illud tempus determinare. Secundo, quamdiu ab Ecclesiâ non determinatur, propterea de facto adhuc non est determinatum, Sacerdotes singulos non obligari ex vi solius præcepti Divini.

Fatemur itaque, in illis verbis: *Hoc facite, &c.* contineri præceptum offerendi, non tamen oportet, ad eisdem modo dirigi præceptum, quibus datur potestas: hæc enim data fuit proculdubio singulis Sacerdotibus offerendi singulis diebus; & tamen non præcipitur offerre singulis diebus: latius ergo patet potestas, quam præceptum. Sicut ergo ex parte obiecti latior est potestas, quam præceptum; sic ex parte personarum nam potestas datur singulis seorsim: præceptum imponitur singulis, propterea componunt communiter; præcipitur quippe Sacerdotibus usus huius Sacrificii, hoc est ut curent, ne desit in republica Christiana oblatio huius Sacrificii, propterea in republica bene, & religiose constituta decet, frequenter Deum coli tali cultus genere per sacrificium.

Porro, hunc esse sensum illius præcepti, colligitur primo, quia alioquin inutile omnino esset cum non posset constare determinate de frequentia aut modo illius obligationis. Colligitur secundo ex materia ipsa: cum enim ageretur de designandis sacerdotibus pro Christiana republica, qui succederent Sacerdotibus legis scriptæ, aut iis, qui iure naturæ in qualibet Republica humana auctoritate designari possent; debebat eorum institutio intelligi iuxta conditionem muneris Sacerdotalis. Vidimus autem, non esse connexam cum potestate Sacerdotali obligationem offerendi. Et certe de possibili, negari non potest, quod, iure naturæ attempto, possit Respublica designare Sacerdotes aliquos, qui publica auctoritate offerre possent sacrificia, non imposita illis obligatione offerendi, nisi ubi necessaria fuisset eorum opera. Sic Monachi singuli habent potestatem, & ius cantandi Officium Divinum in Choro sui Monasterij, & communitas habet obligationem gravem cantandi illud, non tamen singuli habent eam obligationem gravem, quando per alios sufficienter providetur, & cantatur: similiter institutio sacrificij, & consecratio Sacerdotum obligat graviter eorum communiter ad offerendum illo ritu sacrificij, & singulis data facultatem, absque obligatione tamen gravi, quamdiu non est necessaria eorum opera, & per alios provisum est quantum sufficit, ut Christiana respublica eo sacrificio non careat. Unde Christus instituens sacrificium, & designans Sacerdotes, non præsumitur aliter singulos obligasse, nisi iuxta conditionem ipsius materiae, & propterea Sacerdotes alij in republica obligati solent ad offerenda sacrificia.

Tertio colligi potest hoc ipsum ex praxi Ecclesiæ, in qua non solum antiquis sæculis Sacerdotes sancti fuerunt in solitudine degentes, nec unquam sacrificantes, ut constat ex iis, quæ narrantur in *Vitis Patrum* parte 2. §. 178 de duobus sacris Monachis; sed & nostro tempore sanctissimus Patriarcha noster Ignatius, postquam Sacerdos factus fuit, per annum integrum à sacrificio celebrando reuerenter abstinuit, ut se accuratius pijs meditationibus, & mentis puritate ad illud sacrosanctum ministerium præpararet. Nemo autem de viro eximio non solum sanctitatis, sed doctrinæ etiam non mediocri, qui sociorum secum habebat eos, quorum sapientiam Trident. Patres admiratione, & approbatione in solita pro-

IO.
Faciemur in illis verbis contineri præceptum offerendi.

II
Primo colligitur hunc esse sensum illius præcepti.

II
Colligitur tertio ex praxi Ecclesiæ.

sequuti sunt, dicit, ex errore, vel ignorantia abstinuisse tandem ab officio sacrificandi. Denique si antiquæ Ecclesiæ mores attente considerentur, facile possumus cogitare, non fuisse ita facile priuatis Sacerdotibus frequenter celebrare, sicut hodie est: quia, vt significat Hormisdas Papa in cap. *Nullus*, de consecrat. *dist. 1.* in qualibet Ecclesia vnicum erat Altare, sicut & in veteri Testamento vnicum erat templum, & in eo vnicum altare sacrificij. Adde quod aliquando nullum fiebat sacrificiū, nisi post horam nonam, quæ est tertia post meridiem, vt indicat August. *Epist. 118.* ea autem hora transacta, non licebat amplius celebrare; vnde colligi potest, quod in vna Ecclesia vnicum fiebat sacrificiū. Concilium enim Antiochen. *cap. 10.* prohibet, ne in eodem altari duplex, eadem die offeratur sacrificiū; & ideo fortasse, quia in vna Ecclesia vnicum offerendum erat sacrificiū, Conciliū Carthagin. *2. cap. 9.* prohibet ne Presbyter celebret, inconsulto Episcopo, & Concil. Laodicen. *cap. 53.* ne Presbyter intret in Ecclesiam ante Episcopum, & Concil. Neocaes. *cap. 13.* ne alienus Presbyter celebret, si adest Sacerdos eius regionis: quorum ea videtur fuisse ratio, quia cum vnica celebranda esset Missa, æquum erat, vt Episcopus præferretur Presbytero, & Sacerdos proprius præferretur extraneo; atque ideo in illa Missa communicabant Sacerdotes reliqui in loco separato iuxta altare, reliquus Clerus in Choro, Laici extra chorum, vt constat ex Concilio Tolet. *4. c. 17.* Postea vero Concilium Saletianense *c. 5.* extendit ad tres Missas eadem die. Ex quibus constat, potuisse facile contingere, vbi præsertim Clerus numerosus erat, & Sacerdotes multi, vt aliqui ex infimis Sacerdotibus per multum temporis à celebrando abstinere solam simplici communione cum aliis Presbyteris contentus. Imo hodie eundem morem vnica Missam in vna Ecclesia celebrandi, in qua alij communicent, inuentum fuisse à nostris Europæis in Ecclesiis Abyssinorum, refert Damianus Goës, quæ citat Henriquez *lib. 9. de sacrificio cap. 24. n. 2. litt. Z.* Nec mirum, cum communicassent ritibus Græcorum, apud quos hodie etiam in vsu est, vt in singulis Ecclesiis vna sola Missa dicatur ab vno Sacerdote, vnde rarius solent singuli celebrare.

Augustin.

Conc. Antioch.

Conc. Carthag.

Conc. Laod.

Conc. Neocaes.

Conc. Tolet.

Conc. Saletian.

Damian. Goës.

Henrix.

13.

Hodie vix potest excusari à culpa graui Sacerdos per annu non celebrans.

Vasquez

Adde primo, hodie vix posse excusari à culpa graui Sacerdotem non celebrantem per totum annum, quia scandalum graue generat, & indicium est corruptissimæ vitæ. Adde secundo, etiam reuera sententia contraria de obligatione celebrandi, non esse peculiarem obligationem celebrandi in triplici Paschate, vt aliqui volunt sed sufficere, ter, vel quater in anno celebrare, quibuscumque diebus id fieret; vt merito fatetur P. Vasquez loco citato n. 11.

An possit celebrari in triduo maioris Hebdomadæ.

14.

Difficultas est de triduo maioris Hebdomadæ. Sætez.

Secundo dubitari solet, an singulis anni diebus possit Missa celebrari? Difficultas solum est, propter triduum hebdomadæ maioris, scilicet feria quinta, sexta, & sabbato: aliqui enim absolute negant posse Missas priuatas tunc celebrari, quos refert Vasquez *disp. 80. sect. 1.* qui tamen cum communi merito negat talem prohibitionem, quoad feriam quintam, neque est vllum decretum contrarium legitime promulgatum, quidquid aliqui dicant. Dubium est de feria sexta, & sabbato sancto, de quibus absolute decernitur, in eis non esse sa-

crificandum, vt habetur in cap. *Sabbato*, de consecrat. *dist. 3.* Et quidem de feria sexta omnes sententur, nec publice, nec secreto id licere. Vnde officium illius diei fit absque consecratione, & ideo non est Missa, neque eam tenentur audire fideles, etiam si dies festus, vt declarauit sacra Congregatio Rituum die 19. Febr. ann. 1622. vt testatur Barthol. Gaudan. *in Rubricis Missalis p. 4. tit. 9. n. 24.*

Difficultas est de sabbato sancto, an liceat eo Missas priuatas celebrare. Prima sententia negat, quia Innocentius Papa I. in illo cap. *Sabbato*, supra citato æque affirmat prohibitionem pro vtraque die: & licet consuetudine dispensatum sit, vt Missa solemniss, quæ nocte sequenti celebrabatur, fiat ante meridiem: ea tamen consuetudo non est extendenda ad Missas priuatas. Sic arguit pro hac sententia Vasquez *disp. 233. cap. 2.* qui eam confirmat *num. 25.* quia olim vna solum Missa solemniss fiebat, & hæc post mediam noctem, incipiente iam die Dominica Resurrectionis, quæ Missa per anticipationem celebratur nunc ante meridiem: olim autem non dicebantur illa nocte Missa priuata, quia si alij Sacerdotes celebrarent; iam in ipso die Resurrectionis nemo faceret sacrum, nisi dicas, intra eandem diem Dominicam potuisse sic facere sacrum; quod priuilegium non legitur, nisi pro die Natalis Domini: ergo anticipatio solum est pro vnica Missa solemniss quæ illa nocte celebrari solebat.

Hoc argumentum optimū esset, si verum esset id, quod supponit, scilicet Missam illam dictam fuisse olim post mediam noctem; quod tamen nescio vnde P. Vasquez in *presenti art. 2. ad 4.* contra S. Thomam in *presenti art. 2. ad 4.* colligere potuerit, & magis miror, Patrem Suarez, qui contrariam sententiam defendit *disp. 80. sect. 1. in fine*, supponere tamen ibi & infra *sect. 3. §. secunda exceptio* olim Missam post mediam noctem inceptam quod similiter fatetur Fagundes *lib. 3. de 1. præcepto Ecclesiæ n. 18.* Sed ij omnes in re satis manifesta decepti sunt: constat enim ex omnibus scriptoribus Ecclesiasticis, officium Missæ illo Sabbato inceptum post solis occasum, apparente prima stellasque ad illam enim horam legebantur Prophetia, benedicebatur Fons, catechizabantur, & baptizabantur Catechumeni: incipiente autem nocte Resurrectionis cantabatur Missa cum læticia. Sic habetur in Ordine Romano his verbis: *Postea modico intervallo, vt fuerit prima stella in calo visa, sonant signa, & incipiunt canere Litanias ad Introitum, & postquam finierint Litanias, dicit Sacerdos: Gloria in excelsis, &c. qui liber scriptus fuit tempore Caroli Magni. Item significat Rabanus Maurus, qui floruit circa annum 880. lib. 2. de institut. Clerici. cap. 38. de sabbato sancto Pasche his verbis: Hæc autem die inclinante ad vespem, statim celebratio nostra Dominica in Ecclesia incipitur. Denique Hugo à S. Victore, cuius tempore iam anticipari Missarum officium illius diei, lib. 3. de specialibus Missarum obseruation. cap. 24, sic ait: Quoniam, sicut diximus (scilicet cap. precedenti, vbi dixerat, diem Pasche à vespere præcedenti, incipere) vespere illa ad diem sequentem pertinet, & vere, antiqui iam fere transacta die sabbati officium hoc celebrabant (scilicet die præcedenti, vbi dixerat, diem Pasche à vespere præcedenti, incipere) sed modernorum adhibuit ad epulas festinans tempus præueni constitutum. Quare merito Barthol. Gaudan. parte 4. in Rubricis Missalis rit. 10. numer. 45. pro competito supponit, quod Missa illa olim initio noctis dicebatur.*

Et quidem aduersus P. Vasquez retorqueretur

17. clare eius argumentum, quia si Missa fiebat post mediam noctem, ergo in oppidis parvis, ubi solus Parochus est Sacerdos, non poterat ille celebrare die sequenti Paschatis, nisi bis celebraret intra eandem diem, quod tamen privilegium non legitur nisi pro die Natalis. Item quomodo possent in fine Missæ cantari vespere pro ipso sabbato breves pro ut cantantur, si post mediam noctem Missa inciperet? Denique, si post mediam noctem fiebat sacrum, non oportebat, quod celebrans, vel qui in ea Missa communicabant, ieiunii essent per totum sabbatum præcedens, sed potuissent cœnare, vel prandere hora solita, pro ut faciunt, qui nocte Natalis celebrant post mediam noctem: & tamen ieiunius, illos debuisse ieiunios esse per totum diem sabbati, ut constat ex Hugonis verbis proxime adductis, qui dicit, propter debitatem eorum, qui non poterant tamdiu protrahere ieiunium illius sabbati, anticipatum fuisse tempus celebrandi Missam, ut anticiparetur etiam hora prandij vel cœnæ. Denique ex iisdem Auctoribus constat, utramque Missam dici solitam ab Episcopo, scilicet, sabbato sancto, & die Paschæ. Sic enim habet Ordo Romanus: *Procedit Pontifex de sacratio cum ingenti decore, &c. & Litaniam expleta dicit: Gloria in excelsis Deo, &c. Quod etiam testatur Albinus Flaccus Alcuinus lib. de Divinis Officiis, rit. de sabbato sancto. Amalarius Fortunat. lib. 1. de Ecclesiasticis Officiis cap. 31. & alij passim: ergo vel celebrabat bis intra eandem diem post mediam noctem, vel Missa illa dicebatur ante mediam noctem, ut probavimus.*

18. Cum ergo fundamentum, quo P. Vasquez nititur, ex historici falsitate ortum sit, restat, quod contraria sententia probabilis sit, quam tradit Sorotus in 4. dist. 13. quest. 2. art. 2. *Capitulum 1. questio. Canonici cap. 30. num. 36. Suarez & Fagundez supra adducti, Ledeima, Sylvius, Molfesius, & alij, quos refert, & sequitur Diana 1. tom. tract. de celebrat. Missar. res. sol. 21. & alij Recentiores communiter. Quam sententiam ego libenter amplector propter contrarium omnino fundamentum: quia scilicet prohibitio antiqua, quæ habetur in illo cap. sabbato. solum erat celebrandi per biduum illud, intelligendo ut vidimus, per biduum, scilicet sextam, & totum sabbatum, usque ad initium noctis sequentis, quando dies finita erat, ergo tunc cessabat prohibitio, & per consequens poterant celebrari Missæ etiam privatas, imo de facto Sacerdotes alios, qui volebant, celebrasse tunc privatim, constat aperte ex Micrologo cap. 51. de sabbato sancto ubi sic dicitur: *Post Baptismum Presbyteri demum possunt Missam, si necesse fuerit, privatim celebrare, quia iam renati sunt, de quibus in Missa specialiter agere debemus; nec posita à Lectionibus, quas iam audivimus, sed à Litaniam incipere solemus. Est autem liber hic magnæ auctoritatis, ut constat ex Pamelio in præfatione ad illum; & fuit scriptus circa annum Domini 1080.**

19. Vides, pro omnibus Missis cessasse prohibitionem incipiente nocte: suspicor tamen, paucos Sacerdotes vfos fuisse facultate illa, tum propter occupationes illius noctis, & brevitatem temporis, tum etiam propter onus ieiunij, quod à prandio diei præcedentis usque ad dominicam festæ servare debuissent, si ea nocte faciebant sacrum, eaque de causa factum fortasse est, ut fere unica Missa fieret nocte illa: postea vero anticipato initio noctis quoad officium, & Missæ celebrationem, non apparet, cur non censetur anticipatum

pro aliis Sacerdotibus, qui initio noctis celebrare, poterant: quia tamen pauci, aut fere nullius olim privatim celebrare, ideo fortasse consecratio illa continuata est, vnicum sacrum solemne faciendi, semper tamen aliqui pro libertate reclamarunt, & multi iam privatim in sacellis, & Oratoriis celebrare non solum quando festum aliquod ex præcepto ea die occurrit, sed etiam ex devotione nec video, quomodo possit P. Vasquez dicere, hanc consuetudinem esse occultam, & Principi ignotam: non potest enim Pontifex, aut Prælati ignorare usum illum, quem innumeri Auctores in publica luce edicti, & qui omnium manibus habentur, testantur ubique dari, & ita fieri.

Vnde infero primo, minus consequenter, meo iudicio loquutos, qui negantes, id fieri posse, concedunt tamen, concurrente die festo, posse ex licentia Episcopi Missas privatas celebrari, ut omnes possint audire sacrum. Hoc, inquam, semper mihi visum est inconsequenter dici; quia si vere prohibetur Ecclesiæ præcepto Missæ privatas celebratio, non apparet, quomodo Episcopus, vel Prælati possint licentiam dare propter necessitatem illam audiendi Missam in die festo. Cum enim eam necessitatem præviderit Ecclesia, nec sit peculiaris in illa civitate, sed communis toti Ecclesiæ, & hoc non obstante, prohibuerit vniuersaliter celebrare alias Missas illa die; eo ipso videtur exclusisse causam illam, & indicasse illam insufficientem ad abrogandam illam legem. Melius ergo, & magis consequenter conceditur illa potestas celebrandi, negando prohibitionem Ecclesiæ, quam propter dispensationem Prælati inferioris.

Infero secundo, in Missis privatis illa die non esse legendas Prophetias; quia illæ non sunt pars Missæ, sicut nec benedictio Cerei; sed pertinent ad officium cantandum solemniter, cum Choro. De Litanis posset magis dubitari: nam Micrologus loco supra citato dicit, quod à Litanis solebant incipere, qui Missam privatim celebrabant: sed tamen hoc non est invli; quia Litanie re vera non pertinent ad Missam: unde qui ex præcepto Missæ illa audiunt, non obligantur ad audiendas Litanias.

Petes, qua hora celebrari possint illæ Missæ privatas? Aliqui enim addunt limitationem, quod non incipiant ante Missam solemnem: & ratio esse potest quia prohibitio antiqua non celebrandi per biduum propter morem passionis Christi, videtur esse contracta usque ad tempus, quo Ecclesia incipit celebrare Resurrectionem Christi, quod fit, quando incipit Missa solemnis: nam usque ad illud tempus campanæ non pulsantur, & vtriusque colore pavonaceo, qui congruit tristitiæ: ergo pro illo tempore perseverat prohibitio antiqua; atque ideo non magis licebit nunc celebrare ante illam horam, quam olim ante noctem.

In contrarium tamen est usus piorum hominum, qui privatim absque scrupulo celebrant summo mane; imo & Episcopi aliquando Ordines celebrantes ut postea debito tempore Officiis in Ecclesia interfesse possint, celebrant in sacello, & conferunt Ordines statim post auroram, vel solis ortum; quæ Missa, licet non cantetur, nec dicatur in Ecclesia, habet tamē aliquid de solennitate, cum in ea dicantur prius omnes Prophetie, & Litanie iuxta ritum Pontificalis. Vnde existimo, postquam ita anticipata est Missa, quæ prius nocte dicebatur, ad horam solitam aliorum dierum ieiunij, in quibus Missa cantatur post dictam Nonam; eandem esse rationem de illa Missa, ac de aliis: nam in Missali solū dicitur, quod post Nonam cantetur Missa. Sicut ergo aliis diebus

20. Aliqui minab in hoc consuetudine loqui sunt.

21. Eo die in Missis privatis non sunt legenda Prophetia.

22. Quæstum de tempore Missarum istarum privatarum.

23. In contrarium est usus piorum hominum.

diebus potest ex causa anticipari Nona & Missa potest etiam ex causa id fieri illa die; ac per consequens, sicut aliis diebus Missa priuata potest dici ante Nonam, poterit ex causa dici illa die, vt alij, qui non possunt expectare, audiant sacrum: si autem fiat absque causa, non credo fore culpam grauem.

Qua hora possint Missæ priuata celebrari.

24.
Tertio dubitatur de tempore Missarum.

Henriquez
Fagundez.

Melius probatur ex regulis Missarum.

Ex causa tam potest aliquid variari.

25.

Diana.
Tres Missæ possunt celebrari nocte Natalis Domini.

26.

Excipitur scilicet casus necessitatis.

Fagundez.

Vasquez.

Diana.

Tertio dubitatur solet, qua hora dici possint aliis diebus Missa priuata celebrari. Dubium autem est de hora, ante quam non possit, & de hora, post quam non possit incipere. Regula vniuersalis est, quod non possit inchoari ante auroram, vel post meridiem. Primam partem probat Henriquez lib. 9 de sacrificio cap. 24. num. 5. lit. K. & Fagundez in 1. Præcept. Eccles. lib. 3. c. 17. num. 2. ex cap. Nocte sancta, de consecrat. dist. 1. Verum ibi nihil dicitur de Aurora, sed præcipitur, vt hora tertia Missa celebretur: quare vel intelligitur de Missa solemnibus, vel faciendum est, iamdiu decretum illud esse abrogatum. Melius probatur ex consuetudine Ecclesiæ vbiq; recepta, quam approbare videtur Pius quintus in regulis Missalis, vbi dicitur, horam celebrandi pro Missis priuatis esse ab Aurora vsque ad Meridiem. Quæ verba recitat Suarez sect. 4. §. Quocirca dicens, in regula Missalis non sine causa addi particulam illam, communiter, vt indicetur, posse aliquando ex causa horam aliquatulum variari. Sed aduerte, quod, neque in Missali à Pio quinto edito, neque in eodem à Clemente octauo reformato, ea particula habetur in Rubrica de hora celebrandi: absolute enim ponitur meridies pro termino.

Ab hac regula excipitur primo dies Natalis Domini, in qua licet celebrare post mediam noctem. Sed dubium est, an vna solum Missa, an vero tres possint in nocte celebrari. Negat plures, posse absque peccato graui dici duas Missas in nocte; quos refert, & sequitur Fagundez vbi supra cap. 18. num. 3 ex quibus Nuuus in præsent. art. 2. vers. Sed est dubium. contrariam sententiam dicit improbabilem, quam tamen tradunt Suar. & Vasquez in præsent. Reginaldus, Conink, Pureanus, Siluius, Molfesius, Zanardus, Layman, & alij quos refert, & sequitur Diana tractat. de celebrat. Missarum, resolut. 35. & habet pro se bonas rationes. Et quidquid sit de illis, iam hodie est vsu adeo recepta, vt non possit iam de eius veritate dubitari. Adde, in tanta Sacerdotum multitudine vix posse locum dari omnibus ad ter celebrandum illa die, quæ tunc in ipso solstitio breuissima est nisi per noctem etiam quæ longior est plures Missæ à multis celebrentur.

Excipitur secundo casus necessitatis, quando necessarium esset celebrare ad dandum Viaticum infirmo; alioquin fortasse absque Viatico morituro: in quo casu conueniunt Doctores, posse ante Auroram fieri sacrum; quia consuetudo non videtur cum tanto rigore introducta Aliqui hoc limitant, vt non sit statim post mediam noctem, sed summo mane ante lucem, vt loquitur Fagundez loco citato n. 15. Sed alij absque limitatione loquuntur, vt Vasquez n. 30. qui vniuersaliter dicit, post mediam noctem, posse in eo casu celebrari, non petita etiam licentia à Prælato Et clarius Layman, lib. 5. c. 4. n. 3 cum alijs quos sequitur Diana vbi supra, resolut. 35. & ratio videtur esse eadem, cum verum-

que solum ex consuetudine prohibitum i neci-

tur. Excipiuntur etiam; qui privilegia habent inter quos admittitur communiter Episcopus, quod iuribus causis possit vel ipse, vel alius coram ipso hora vna ante aurora celebrare, siue ex consuetudine, siue ex ordinaria potestate dispensandi. Sicut etiam Religiosi plures, qui eandem facultatem habent, prout nostræ Societati concessit Gregor. XIII. vt ex licentia superioris possimus itineris, vel legitimi impedimenti causa id fecere. Maior vero est facultas, qua ex concessionibus Alexandri sexti relati Eman. Rodriguez in Bullario Regularium Bulla 13. Alex. VI. possunt Monachi Benedictini facere sacrum duobus horis post mediam noctem quod licet concessum fuerit soli Conuentui de Monteferrato, postea tamen Clemens VIII. in Bulla 22. relata vbi supra extendit facultates illius Conuentus ad totam Congregationem. Et quidem, licet in alijs Monasterijs non militet eadem ratio, propter quæ illud privilegium concessum fuit tali Ecclesiæ; adhuc videtur concessum omnibus, quia Benedictini per communicationem participant privilegia Familix Cisterciensium Hispaniæ ex concessione Clementis octauæ, & Cistercienses illi participant privilegia Ordinis S. Hieronymi ex concessione Gregorij XIV. Huic autem Ordinis Pius IV concessit, vt privilegia extendere- tur ab vno Conuentu ad alios omnes, etiam non existentes in illis eadem causis; quare de primo ad vltimum, ij, qui participant privilegia dictæ Congregationis Benedictinorum, videntur habere adhuc illud privilegium.

Circa illud tamen dubitari potest, an sit reuocatum per Concilium Tridentinum, sess. 22. decretis de evitandis in celebratione Missæ. Nam Fagundez vbi supra numero 3. cum alijs dicit, esse reuocata illi omnia eiusmodi privilegia, quia nimirum Concilium inter alia prohibet, ne Sacerdotes alius quam debitis, horis celebrent; & in fine addit: non obstantibus privilegijs, ac consuetudinibus quibuscumque.

Melius tamen Eman. Rodriguez 1. to. quaest. 43. art. 5. & multi Theologi Salmanticenses de hoc consulti, & cum eis P. Ioan. de Salas, dicunt, non esse reuocata per Tridentinum eiusmodi privilegia. Nam Concilium ibi solum imponit Episcopis, vt illis omnibus remedium adhibeant, & cunctis observari. Vbi ergo Episcopi non repugnant, non est, cur regulares amittant sua privilegia; quare alij de illis tamquam de non reuocatis loquuntur, quos refert, & sequitur Diana d. arat. de celebrat. Missarum, resolut. 33.

Notandum tamen est, quod facultas illa concessa Monachis Montiserrati non fuit absoluta, sed ad celebrandum in Ecclesia illius Monasterij quare ex vi illius facultatis etiam per communicationem alijs Monasterijs & Religiosis factam, non poterunt in quolibet loco celebrare illa hora, sed solum in Ecclesia sui Monasterij: Communicatio enim non intelligitur cum maiori ampliatione, quam gratia principalis, quæ communicatur.

Quid intelligatur nomine Auroræ in hac materia.

Quarto principaliter dubitatur, quid intelligatur nomine Auroræ, quando prohibetur celebratio ante auroram. Communis, & vera responsio est, non

non intelligi ortum solis, sed primam eius irradiationem in nostro hemisphærio, quæ pro diversis temporibus magis, vel minus præcedit ortum solis: aliquando enim præcedit solum per horam, & quadrantem horæ; vt in mense Martio; aliquando per duas, horæ & quadrat; vt in mense Iulio; aliquando per horam, & dimidi; vt in februario, & Septembri; aliquando per duas horas; aliquando per vnam cum tribus quadrantibus; itaque, excepto Martio, semper durat crepusculum illud ad minus per horam, & dimidiam; quod totum tempus Auroræ tribuitur; & in eo proculdubio potest celebrari.

Addunt alij posse etiam, secluso privilegio; celebrari semihora ante initium auroræ, ita vt finis Missæ sit in aurora. Ita Suarez in præfati cum aliis: vnde infert, Religiosum, qui ex privilegio potest vna hora anticipare sacræ, posse illud inchoare per tres horas ante ortum solis quia absque privilegio potest inchoari per duas horas ante ortum solis iuxta supradicta; ergo addita vna hora ex privilegio, poterit inchoari tribus horis ante ortum solis, ita vt finis Missæ sit vna hora ante auroræ.

P. Valquez capite 3. numero. 27. totum hoc eximat falsum, & absque fundamento. Cur enim poterit Missa media hora ante auroram inchoari, secluso privilegio, si terminus inchoationis est aurora? Hoc tamen argumentum facile potest aduersus ipsum Valquez retorqueri: nam tempus celebrandi Missam in Missali assignatum clauditur, vt vidimus, inter auroram, & meridiem, vbi æque assignatur vterque terminus, aurora, & meridiem cum dicitur, *ab aurora usque ad meridiem*. Nemo autem negat, etiam secluso omni privilegio, observari illam legem, si aliquid Missæ dicatur ante meridiem, licet maior pars, & fere tota dicatur post meridiem: nam qui paulo ante meridiem Missam inchoat, iure suo vti in toto rigore; ergo qui ita celebrat proximam auroræ, vt aliquid Missæ post auroram sit, licet maior pars sit ante auroram, dicitur etiam debito tempore celebrare: cur enim magis in primo termino, quam in secundo, necesse est, quod tota Missa intra terminum assignatum continetur? Non caret ergo fundamentum extensio illa, quam alij retentiores Auctores etiam amplectuntur.

Denique circa hanc obligationem queri potest, an detur in ea paruitas materiæ ex parte temporis, & quoniam ea sic? Videtur non dari; quia in aliis præceptis similibus non datur paruitas materiæ ex parte temporis, verbi gratia, in ieiunij, si quis paululum ante mediam noctem cæner, peccat graviter, & violat legem ieiunij. Item si quis paululum ante mediam noctem recitet Officium diurnum diei sequentis, non satisfacit præcepto recitandi quia terminus præscriptus est à media nocte in mediam noctem: ergo similiter qui celebrat ante terminum præscriptum auroræ, violat graviter præceptum non celebrandi extra illum terminum.

Aliqui tamen videntur agnoscere in hac obligatione paruitatem materiæ ex parte temporis. Sic videtur indicare Fagundez loco citato, num. 6. Postquam enim dixit, esse peccatum mortale, notabiliter ante auroram sacrificare, subiungit. *Videndum nunc est, quoniam sit ista notabilitas, vt inde mortale, vel non mortale colligamus.* Adducit autem Azorium 1. tom. lib. 10. cap. 25. quæst. 6. dicentem, tertiam partem horæ esse tempus notabile ante lucem, & sufficere ad peccatum mortale: & P. Henriquez lib. 9. de sacrificio capite 24. numero 5. in fine,

dicentem, dimidium horæ ante lucem sufficere ad peccatum mortale; quam sententiam ipse sequitur: vnde videtur indicare, minus spatium temporis sufficere ad peccatum veniale, non ad mortale.

Ego existimo in hoc posse committi æquivocationem magnam in afferendis Auctoribus, confundendo eorum sententias: possunt enim esse duæ quæstiones diuersæ; prima est, quando incipiat tempus legitimum celebrandi, & quid intelligatur nomine Auroræ; & de hac quæstione loquuntur illi Auctores, & dicunt, tempus legitimum esse, tertiam, vel mediam partem horæ ante lucem: quia aurora in præfati non accipitur mathematicæ, sed moraliter, sicut & meridiem; itaque ideo non solum absque peccato mortali, sed etiam omnino licite posse inchoari Missam media hora ante lucem, quia iam tunc incipit aurora moralis. Altera quæstio esse potest, an detur paruitas materiæ in tempore, quæ sufficiat ad peccandum venialiter, nõ vero mortaliter; & in hoc casu non loquuntur illi Auctores, quos affert Fagundez, quia absolute dicunt licite inchoari Missam illo tempore; quod autem sit cum peccato veniali, non sit licite, simpliciter, & absolute. Alioquin si illa media hora ante lucem, quam Henriquez dicit non esse partem notabilem, addi posset circa culpam gravem illi mediæ horæ, in qua Suarez, & alij fatentur, posse absque vlla culpa inchoari Sacramentum ante lucem; iam fieret vna hora integra ante lucem, quæ absque causa posset aliquis celebrare sine peccato gravi quod quidem difficilius crederet P. Valq. qui nec primam dimidiam horam voluit concedere: Fieri etiam, quod Religiosi habentes privilegium, possent absque peccato gravi per tres horas, & dimidiā ante ortum solis celebrare, seu per duas horas ante auroram; quod quidem nemo dicimus, illud quod diximus de tribus horis ante ortum solis.

Opino ergo, omnes agnoscere in hac obligatione aliquem terminum temporis, circa quem nõ possit absque culpa gravi celebrari, & quoad hoc non esse discrimen. Inter hæc & alia præcepta, esse tamē discrimen, quoad ipsum terminum: nam in aliis præceptis agnoscunt terminum mathematicum, scilicet punctum mediæ noctis; in hac tamen obligatione dicunt, terminum esse mortalem, scilicet auroram cum moralitate acceptam; hoc est, tertiam, vel dimidiam partem horæ ante primam lucem; ita tamen, vt ille terminus excuset non solum à culpa mortali, sed etiam à veniali: non enim excusat propter paruitatem materiæ, sed quod quia intra illud terminum sit, vera sit intra debitum terminum, & tempus obligationis. Fateor tamen, hunc ipsum terminum mortalem non eodem modo assignari in aurora, ac in meridiem, sed cum aliqua maiori latitudine in hoc quam in illa; in quo est aliqua differentia, vt statim dicemus.

Restat ergo de illo alio termino ultimo dicere, ultra quem non potest fieri Sacramentum; qui communiter assignatur meridiem, vt diximus, qui etiam non accipitur mathematicæ, sed moraliter: vnde aliqui dicunt, posse tertiam partem horæ post meridiem inchoari Missam; alij extendunt ad semihoram; alij ad tres fere quadrantes, alij ad horam nõ integram. Auctores videri possunt apud Dianam *Tract. de celebratione Missar. resolut. 34.* qui tamen fere omnes aliquam exigunt causam ad id faciendum.

Hinc tamen nascitur difficultas supra tacta, quia obligatio hæc æque versatur inter duos terminos scilicet auroram, & meridiem: ergo sicut meridiem

Qua pars tertia
potest sufficere
ad peccatum
mortale.

36.
In hoc com-
mitti potest
æquivocatio.

37.
Omnes ag-
noscunt in hac
obligatione
aliquem ter-
minum temporis;

38.

ita moraliter accipitur, ut tota Missa distare possit, per semihoram à puncto meridiano; sic aurora accipienda erit, ut Missa non debeat attingere punctum auroræ, sed tota possit distare ab aurora per semihoram. Sic enim arguimus supra contra P. Vasq. ad probandum, quod possit Missa absolui in principio auroræ, sicut potest incipere in ipso puncto meridiano.

40.
Ad quam
respondetur.

Respondeo, aliud esse loqui illo duplici termino, prout in lege, seu regula Missalis exprimitur; aliud vero, prout usu, & consuetudine explicatur. Nos supra arguebamus in primo sensu, lex enim eodem modo loquitur de utroque termino cum dicit ab aurora usque, ad meridiem Missas celebrandas: ergo cum censetur satisfacere verbis illius legis, qui ante meridiem inchoat Sacrum, nec ad hoc aliqua consuetudine, vel extensione fulciatur; similiter dicitur satisfacere verbis eiusdem legis, qui absoluit Missam post initium auroræ.

41.
Loquendo
de v'sa latius
accipitur
meridies. Ra-
tio differen-
tia.

Loquendo vero de usu, & acceptance communi, negari non potest, latius accipi meridiem, quam auroram; & facilius excedit hunc terminum quam anticipetur ille. Ratio autem huius differentie esse potest, quia terminus ille meridianus olim non erat imo Missa dicebatur post meridiem, & aliquando post Nonam: postea vero, quia hora fortasse prandij cepit anteponi, & minus patienter sustinebatur ieiunium, cepit etiam anteponi hora celebrandi; aliquali tamē libertate retenta, præsertim cum non omnes ita tepellive prandere vellent, sed aliquando, vel propter negotia, vel propter festiuitatem oporteret, quod Officia longius protraherentur, ideo illa antiqua libertas tardius celebrandi non fuit omnino reducta ad terminum indissolubilem. At vero terminus auroræ semper fuit præfixus: neque enim scimus, vnumquam licuisse celebrare tempore nocturno, nisi ex speciali privilegio: ideo aurora minus moraliter accipitur, quam meridiem, ad quem cum homines sponte sua, & ob propriam commoditatem se induxerint, potuerunt sibi illum terminum statueri cum aliqua maiori latitudine. Imo Nauarrus in *Manuali* cap. 25. n. 83. dixit, hodie etiā licere celebrare usque ad horam tertiam post meridiem; quia illa verus licentia non est vnumquam reuocata. Alij tamen Theologi opponunt se huic sententiæ, quia contraria consuetudo à Pio V. in Missali approbata & sensus fidelium, ac censura Prælatorum, qui illud non permitterent, sed punirent ostendunt iā illā veterem consuetudinem esse abrogatā, ut probat larè Vasq. c. 4. qui tamen cum alijs permittit, in magna festiuitate, finita serui concione, posse Missas priuatas dici, ut populus audiat Missam.

42.

In hoc etiā puncto locū habent exceptiones in primo puncto posite de Episcopo iter agente, de celebratione necessaria ad dandū Viaticū ægrotis; & de personis habentibus priuilegium: quod eo facilius concedi potest ad postponendam, quā ad anticipandam horam, quia hæc obligatio ortum magis habet ex voluntate subditorum, qui ob suam commoditatem recesserunt ab antiqua consuetudine tardius celebrandi.

Priuilegium autem magis amplum videtur, quod concessit Eugenius IV. Congregationi S. Iustitiæ, celebrandi in itinere, vel ex causa iusta, usque ad nonam inclusivè, prout habetur in Bulla xj. Eugenij IV. in Bullario Regularium apud Rodriguez Vnde limitandum est, quod cum Ioanne de la Cruz dicit Diana tom. 1. tract. de celebrat. Missar. resol. 34. ubi supponit, illud priuilegium esse absolutum; cum tamen solum sit ad certos casus itineris,

vel alterius causæ. Dicit etiam horam nonam esse usque ad tres horas post meridiem; quod etiam non est vniuersaliter verum, sed in æquinoctio: nam in hyemali nona hora attingit solum ad secundam post meridiem cum quadrantes in solstitio autem æstiuo usque ad horam tertiam post meridiem cum tribus quadrantibus, ut late Francolinus de tempor. hor. c. 10.

An liceat pluries eadem die celebrare?

Quinto principaliter dubitatur, an liceat aliquando pluries eadem die celebrare. Regulatè id non licet, ut constat ex c. *Consuluitis* & c. *Te referent*, de celebrat. Missarum. Excipiuntur tamen aliqui casus. Primus, & absque controuersia est in die Natalis, quo singuli Sacerdotes ter celebrare possunt. Circa quem casum dubitatum fuit Romæ, utrum Cardinalis, qui ut Diaconus ministrat Summo Pontifici illa die in Missa solemnī, & communicat sub utraque specie in eadem Missa, possit ipse (si Sacerdos sit) alias duas Missas priuatas celebrare. Respondi, nullam Missam posse ipsum illa die ante, vel post illam communionem celebrare. Ratio est, quia facultas solum est ad communicandum bis, aut ter in Missa, seu faciendā duo, aut tria Sacra: per quod solum dispensatur in prohibitionē celebrandi pluries, non vero in prohibitionē communicandi bis eadem die. Quare alij Sacerdotes non possent extra Missam bis aut ter communicare illa die; nec possent etiam semel communicare extra Missam, & rursum celebrare vnum, vel duo Sacra, quia obligatio communis non celebrandi ea die, qua communicatio accipitur extra Missam, non est ablata vnumquam pro illa die. Cum ergo Cardinalis in illa Missa accipiat communionem, non ut Sacerdos, nec celebrans, non potest eadem die sacrificare, nisi Pontifex peculiariter cum eo dispenseret, in hoc enim non est concessa facultas pro illa die, sed solum ad communicandum pluries quomodocūque prout tunc fieret, si semel, aut bis in Missa, & semel extra Missam communicaret. Hoc etiam priuilegium bis celebrandi, in die commemorationis Defunctorum 2. Nouembr. habent Sacerdotes ex concessione Sedis Apostolicæ in Regno Valentiniæ in Hispania.

Secundus casus est, quando esset necesse celebrare ad dandū Viaticum ægrotis in quo casu fratre omnes conueniunt, posse secundo celebrare eadem die, quia iura illa supra allegata excipiunt causam necessitatis. Quæ autem maior necessitas potest occurrere? Sed rarissime, aut nunquam continget, quia si Sacerdos iam accepit Sacramentum, & abolutionē, non poterit non ieiunium iterū celebrare, nec non accepit Sacramentum, potest, & debet partem suæ hostiæ referuare, quam ad infirmū deferat. Solum ergo potest fieri, quod, accepta hostia, & nondum accepta abolutione, nunciatur ei de periculo ægroti, & non sint aliæ particule consecratæ in ecclesia, & tunc abstineat ab abolutione, & iterū celebret; qui casus magis est metaphysicus, quam moralis; quare ex consuetudine contraria non potest argui (ut aliqui arguunt) ad probandum non licere, quia re vera, cum casus numquam datur, non potest esse contraria consuetudo.

Tertius casus est quando, finita Missa, superuenit funus defuncti quem non decet absque Missa sepeli. Quintus est, si eodē die occurrat duplex officiū v. g. de festo, & de vigilia. Sed in his non datur

tur necessitas: quid enim refert, quod Princeps non audiat illa die sacrum? Quod si inculpabiliter omisit non peccauit; si culpabiliter, iam peccatum commissum est, nec tollitur per auditionem Missæ, sed per penitentiam. Similiter non est necessarium, quod sepeliatur defunctus cum Missa; & multo minus, quod dicatur duplex Missa de duplici Officio.

46. Sextus casus est, quando sacerdos habet duas ecclesias Parochiales, quibus solus ipse absque coadiutore ministrat, & in utraque est populus auditurus Missam; qui casus ab omnibus conceditur, & in praxi seruatur. Addunt alij, idem esse, quando ob solemnitate non potest unica Missa satisfieri cōtuiti populi concurrentis, aut quando multi peregrini veniunt, finita iam Missa, quia eadē videtur esse ratio & necessitas, quæ excepta est in prohibitione pluries celebrandi. Alij tamen, cum quibus Suarez, & Valq. hunc casum non admittunt. Et quidem non est eadem ratio necessitatis: nam licet necesse sit providere necessitati habituali communicatis, vt possit audire Sacrum, prout fit, quando duæ ecclesie distantes habent vnum Sacerdotem, non est tamen necesse providere iis qui semel, aut iterum per accidens non audient Sacrum, nec pro iis oportet mutare titulum sacrificij. Facilius admitti potest, quod Layman etiam cum alijs admittit pro Anglia, Hibernia & alijs provinciis hereticorum, vbi vnus Sacerdos non potest omnibus Catholicis satisfacere: illa enim est necessitas permanens, in qua illi communicari non provideretur per se loquendo, nisi Sacerdos posset pluries celebrare.

47. Septimus casus est, quando nuptiæ benedicendæ sunt: quem plures admittunt. Sed re vela est casus metaphysicus; nam si necessitas non prouideretur antea sumptam ablationem, non poterit secunda Missa postea celebrari: si vero prouideretur, poterit differri prima. Adde, parum referre, quod differatur benedictio in diem sequentem. Si autem fingatur, ex dilatione magnum detrimtum sequi, & Sacerdos adhuc sit ieiunus non video, cur non comprehendatur sub necessitate, quam iura excipiunt. Notatur tamen bene Suarez contra aliquos, in iis casibus, quibus propter necessitatem potest bis, posse etiam ter & pluries sacrificari, eadem causa persistente; & Sacerdote adhuc manente ieiuno. In quo puncto Fagundez num. 5. citat textum in dicto cap. consilij s. de celebratione Missarum; in quo, inquit, *solum bis in die concedit in necessitate celebrare ieiunus*: quod desumpsit ex Hentiq. lib. 9. c. 30. n. 7. Sed vterque falso allegat illum textum cum ibi non sit magis sermo de duplici, quam de triplici, aut multiplici Missa celebranda.

SECTIO II.

De loco apto ad offerendum hoc sacrificium, & de Altaris ornatu.

48. Olim non poterat celebrari, nisi in Ecclesia consecrata: hodie iam potest in Ecclesia solum benedicta ab Episcopo, vel ab habente facultatem benedicendi, imo & in oratorijs priuatis non benedictis, quæ tamen ad illum solum vsum deputata sint & ab Episcopo designata, quod constat ex Trid. sess. 22. c. de euiandis in celebratione Missarum.

Excipitur primo casus necessitatis ex c. sicut, de consecratione, dist. 1. qualis assignatur, si dum aliqui peregrinantur, diu Missa carere coguntur, quando Ecclesie sunt dirutæ; quando multi cōueniunt ad solemnitatem, & non capit eos Ecclesia; potest enim Altare iuxta Ecclesiam collocari, ne careant Sacro: item in castris pro militibus, in litore pro nautis

P. Ioan. de Lugo de Sacramentis.

intra triremes existentibus, vel multitudine etiam nauigantium in alijs nauibus, vt festo die Missam audiant. In quibus, & similibus casibus si fieri potest petenda est licentia ab Ordinario; sin autem, potest fieri absque licentia; in quibus tamen absque altari portatili consecrato.

Excipitur secundo Episcopus, qui itineris causa potest in loco decenti celebrare cum altari portatili, vel facere, quod alius coram ipso celebret ex c. vltimo, de privilegijs, in 6. quæ facultas non est ablata per Tridentinam sess. 22. vt fatetur Valquez dist. 233. n. 7. & probat Fagundez lib. 3. de 1. Precepto Ecclesie cap. 13. num. 19. Poterant etiam Episcopi concedere facultatem alijs celebrandi in loco decenti quæ potestas ablata videtur in illo loco Tridentini, non tamen potestas designandi Oratoria priuata ad illud solum vsum destinata in domibus priuatis; nec etiam dandi licentiam; vt in casu necessitatis semel in domo priuata celebretur. In his conueniunt fere omnes.

Aduerte, hodie per Breue Pauli V. cuius meminit Fagundez vbi supra n. 12. ablatam esse facultatem Episcopis, vt concedant licentiam habendi Oratoria in domibus priuatis ad celebrandum. Sed fortasse non fuit Breue, sed Epistola quædam Cardinalis Horatii Lancellotti iussu Pauli V. die 10. Martij anno 1615. Missa ad Illustrissimos Cardinales, Archiepiscopos, & Episcopos, quæ prædicta facultas eis auferatur: quam Epistolam referunt Ioan. Bapt. Scortia lib. 2. de sacrificio Missæ, cap. 13. num. 3. & Barth. Gauantus in Rubricis Missalis, p. 1. tit. 20. lit. M. Qui tamē ex Carolo Nouar. Episcopo in Conimbricæ. Canon ad cap. Missarum 13 de consecrat. dist. 1. aduertit, Palatium Episcopi non existimari domum priuatam, arque ideo non esse ablatam Episcopis facultatem habendi Oratorium ad Diuinam deputatum, in quo celebrare possint sicut antea, in suis domibus.

Tertio excipiuntur qui habent priuilegium Sedis Apostolicæ, quale concessum fuit à Sixto IV. aliquibus Religiosis, vt constat ex eius Bulla 14. n. 19. relicta ab Eman. Rodrig in Bullario Religionis, & Bulla 37. eiusdem n. 37. & alijs. Hæc tamē priuilegia mul- ti communiter dicunt esse reuocata per Trid. loco citato. Alij tamen probabiliter dicunt non esse reuocata, quamdiu Episcopus non contradicit, & ita seferunt Patres Dominicani doctissimi Salmanticæ consulti, & P. Ioan. de Salas, Eman. Rodriguez tom. 1. quest. Regular. quæst. 1. art. 3. & alij Recentiores. Societati nostræ concessum fuit iterum post Trid. hoc priuilegium pro illis, qui à Superioribus ad Missiones mittuntur, vt cū consensu Provinciali eo vti possint, vt constat ex nostro Compendio, verbo Altare.

Dubitatur, an in mari possint aliquando Sacerdotes celebrare in longa nauigatione: de hoc tamen dicemus magis ex professo sectione sequenti.

Ecclesiam non debere esse violatam.

Ecclesia ad celebrandum apta non debet esse violata, vel polluta: alioquin non potest absque graui peccato in ea celebrari, antequam reconcilietur; licet huic peccato nulla celsura, aut irregularitas annexa sit. Polluitur autem quinque modis: Primus est, per effusionem iniuriolam sanguinis humani; ita tamā, vt vulnus intra Ecclesiam inflictum sit, siue sanguis intra, siue extra Ecclesiam, fundatur. An vero sufficiat, hominem esse intra Ecclesiam, quando vulnus accipit; an vero requiratur, vulnuserem intra Ecclesiam esse, quando vulnerat, cōmuniter affirmatur, in primo etiam casu Ecclesiam pollui;

49. Excipitur secundo Episcopus, qui itineris causa potest in loco decenti celebrare cum altari portatili, vel facere, quod alius coram ipso celebret ex c. vltimo, de privilegijs, in 6. quæ facultas non est ablata per Tridentinam sess. 22. vt fatetur Valquez dist. 233. n. 7. & probat Fagundez lib. 3. de 1. Precepto Ecclesie cap. 13. num. 19. Poterant etiam Episcopi concedere facultatem alijs celebrandi in loco decenti quæ potestas ablata videtur in illo loco Tridentini, non tamen potestas designandi Oratoria priuata ad illud solum vsum destinata in domibus priuatis; nec etiam dandi licentiam; vt in casu necessitatis semel in domo priuata celebretur. In his conueniunt fere omnes.

50. Aduerte, hodie per Breue Pauli V. cuius meminit Fagundez vbi supra n. 12. ablatam esse facultatem Episcopis, vt concedant licentiam habendi Oratoria in domibus priuatis ad celebrandum. Sed fortasse non fuit Breue, sed Epistola quædam Cardinalis Horatii Lancellotti iussu Pauli V. die 10. Martij anno 1615. Missa ad Illustrissimos Cardinales, Archiepiscopos, & Episcopos, quæ prædicta facultas eis auferatur: quam Epistolam referunt Ioan. Bapt. Scortia lib. 2. de sacrificio Missæ, cap. 13. num. 3. & Barth. Gauantus in Rubricis Missalis, p. 1. tit. 20. lit. M. Qui tamē ex Carolo Nouar. Episcopo in Conimbricæ. Canon ad cap. Missarum 13 de consecrat. dist. 1. aduertit, Palatium Episcopi non existimari domum priuatam, arque ideo non esse ablatam Episcopis facultatem habendi Oratorium ad Diuinam deputatum, in quo celebrare possint sicut antea, in suis domibus.

51. Tertio excipiuntur qui habent priuilegium Sedis Apostolicæ, quale concessum fuit à Sixto IV. aliquibus Religiosis, vt constat ex eius Bulla 14. n. 19. relicta ab Eman. Rodrig in Bullario Religionis, & Bulla 37. eiusdem n. 37. & alijs. Hæc tamē priuilegia multi communiter dicunt esse reuocata per Trid. loco citato. Alij tamen probabiliter dicunt non esse reuocata, quamdiu Episcopus non contradicit, & ita seferunt Patres Dominicani doctissimi Salmanticæ consulti, & P. Ioan. de Salas, Eman. Rodriguez tom. 1. quest. Regular. quæst. 1. art. 3. & alij Recentiores. Societati nostræ concessum fuit iterum post Trid. hoc priuilegium pro illis, qui à Superioribus ad Missiones mittuntur, vt cū consensu Provinciali eo vti possint, vt constat ex nostro Compendio, verbo Altare.

52. Ecclesia ad celebrandum apta non debet esse violata, vel polluta: alioquin non potest absque graui peccato in ea celebrari, antequam reconcilietur; licet huic peccato nulla celsura, aut irregularitas annexa sit. Polluitur autem quinque modis: Primus est, per effusionem iniuriolam sanguinis humani; ita tamā, vt vulnus intra Ecclesiam inflictum sit, siue sanguis intra, siue extra Ecclesiam, fundatur. An vero sufficiat, hominem esse intra Ecclesiam, quando vulnus accipit; an vero requiratur, vulnuserem intra Ecclesiam esse, quando vulnerat, cōmuniter affirmatur, in primo etiam casu Ecclesiam pollui;

pollui, idque Layman *lib. 5. tract. 5. c. 5. v. 7.* probat ex eo, quod si existens in vno territorio sagitta transiit hominem existentem in alio territorio, ibi etiam deliquisse censetur, ut ratione delicti etiam à iudice illius territorij conveniri, ac puniri possit quare in eo casu datur locus præventioni inter iudices utriusque territorij. Hoc tam en argumentum probatur, quod si vulnerans sit intra Ecclesiam, & sagitta transiit hominem extra Ecclesiam existentem, pariter polluitur Ecclesia; quod tamen communiter non conceditur. Ratio ergo petenda est ex verbis legis, quæ solum voluit pollui Ecclesiam, quando homo in ea vulneratur ad sanguinis effusionem; ad hoc autem non requiritur, vulnerantem esse intra Ecclesiam, ut constat. Debet autem effusio sanguinis esse in quantitate notabili, non vnus vel alterius gutta. Denique vulnus, vel confusio absque sanguinis effusione Ecclesiam non polluit.

Ratio petenda est ex verbis legis.

Secundo per homicidium iniuriosum.

Secundo polluitur per homicidium iniuriosum, siue fiat cum sanguinis effusione, siue alio modo. Non sufficit, quod aliquis extra Ecclesiam vulneretur; & intra illam moriatur, sed requiritur, quod vulnus, vel causa physica intra Ecclesiam fiat: unde neque etiam polluitur, si intra Ecclesiam fiat mandatum, vel detur consilium occidendi. Dubium est, quando in Ecclesia vulneratur homo, & postea domi ex illo vulnere moritur. Suarez *disp. 81. sect. 4. in principio*, dicit si vulnus fit cum sanguinis effusione, iam ex hoc capite Ecclesia polluitur; si autem sit confusio lethalis absque effusione sanguinis, non polluit Ecclesiam si homo extra illam moriatur, quia homicidium non completur in Ecclesia. Alij tamen communiter docent, tunc Ecclesiam pollui morte sequuta, licet ante mortem nondum polluta censeatur; quod videtur verius; quia sicut polluitur vulnere intra Ecclesiam inflicto, licet sanguis postea extra Ecclesiam effluat, sic videtur pollui in nostro casu, cum iam intra Ecclesiam posita fuerit tota actio iniuriæ, ob quâ postea anima à corpore separatur; parum enim refert ad irreuerentiam, ob quam ecclesia violata censetur, quod anima ibi, an extra emittatur.

Suarez.

54. In utroque tamen casu vulnus vel occisio debet fieri cum peccato mortali.

Aduerte, in utroque casu requiritur vulnus, vel occisionem fieri cum peccato mortali: quare si ob meram defensionem fiat, aut aliunde à peccato mortali excusetur, non polluitur ecclesia. Vnde si martyr in Ecclesia occidatur, polluitur, quia iniuste occiditur. E contra, quando pueri rixantur, & sanguine sibi ex naribus eliciunt, non censetur pollui; quia regulariter non sunt peccata mortalia. Item licet causa sit aliunde mortalis, vt si recitando, vel representando turpia in ecclesia, sequitur præter intentionem vulnus, aut mors, non polluitur, quia, non est actio mortalis in illo genere, sicut dici solet de pollutione præter intentionem sequuta ex causa in alio genere peccaminosa. Polluitur tamen, si iudex ibi reum, aut aliquis seipsum interficiat; quia vtraque actio est iniuriæ ecclesiæ.

55. Tertio polluitur per voluntariam seminum effusionem.

Requiritur etiam in hoc casu culpa mortalis.

Tertio polluitur ecclesia per voluntariam seminis humani effusionem extra actum coniugalem, qui necessitate vrgere, iuxta cõmuniorẽ sententiã, potest aliquando in ecclesia exerceri, quando nimirum cogitur coniux diu ibi residere, nec potest aliò diuertere; tunc enim ob incontinentiæ periculum vitandum, licitus erit matrimonij vsus. Requiritur etiã in hoc casu culpa mortalis, vt ecclesia polluat, & effusio copiosa seminis, non vnus vel alterius gutta. Denique in prædictis casibus requiritur notorietas facti, quod publice constet: alias non censetur ecclesia polluta etiam respectu eorũ, qui quacumque notitia id sciũt, vel ipsius, qui delictum patrauit, quia nullo modo obligatur ad se

manifestandũ. Nec defunt, qui dicant, requiri, quod ecclesia denuntietur à iudice, tãquam polluta præter Extraneitatem, *Ad evitanda scandala*; in quibus similis denunciatio exigitur, vt obligentur ad vitandos eos, qui Censuras incurrerant. Quod, vt probabile videtur, admittere. Suarez in præfati, *§. Secundo dubitari solet*. Cæterum ipse *tom. 5. Disp. 37. Sect. 1. n. 28.* aperte facit, hanc pollutionem ecclesiæ nullo modo posse intelligi nomine interdicti, aut censuræ. Et quidem in præfata fetuatur in hac vrbe Romana; vt Ecclesiæ reconciliantur, etiam si pollutio denunciata non fuerit.

Quarto polluitur ecclesia per sepulturam hominis excommunicati. Post Constantiense Concilium requiritur, quod fuerit excommunicatus denunciatus, vel notorius Clerici percussor. Vnde miror cur Suarez dicta Sect. 4. §. *Ha. posuit*, dicat, in regionibus septentrionalibus eos, qui sacrificiis in locis, vbi sepulti sunt hæretici, excusari, vel quia necessitate coguntur, quia alibi sacrificare non possunt, vel quia Episcopi videntes, & consentientes facultatem præbere consueverunt doctrinam eisdem verbis amplectitur Fagundes *lib. 3. de i. de Ecclesiæ præceptis c. 1. q. n. 2.* Cum tamen vterque interatur, per sepulturam excommunicati non denunciati nominatim, non pollui ecclesiam, non est, cur alias excusationes querant pro iis, qui celebrant, vbi hæretici sepulti sũt; quod notatur etiam Nauarrus *lib. 5. Consiliorum, consil. 110. de hæreticis, edit. 2. ad 4. quest. 8.* & Layman loco citato *supra* num. 8. qui etiam bene aduertit, non pollui ecclesiam per sepulturam hominis nominatim interdicti.

Quinto polluitur Ecclesia per sepulturam hominis infidelis, hoc est, Pagani non baptizati; quoniam non solum comprehenditur infans etiam non baptizatus, quando scorsim sepelitur, non quando in utero matris gaudet, & iam mortuus sepelitur. Non vero comprehenditur hæreticus, quia licet non habeat verã fidẽ, illam tamen professus est in Baptismo, & ideo sub nomine fidelium intelligitur in cap. *Omnes viri*, quæ sexus de pœnit. & remiss. vt obsecrant Suarez *Disp. 70. Sect. 1. in principio* ad hos duos posteriores modos pollutionis ecclesiæ non requiritur peccatum, sed quocumque modo fiat, polluitur manet. Addunt aliqui lextum, quando ecclesia ab Episcopo excommunicato consecratur, & benedictur, tamen quia iure non habetur, alij omnia reiciunt.

Nomine ecclesiæ in hac materia non intelligitur Oratoria in domibus priuatis, etiam cum sunt cultate Episcopi vel Pontificis designata ad celebrandum: illa enim nõ polluitur. Intelligitur tamẽ cœmeterium benedictum ad sepelienda fidelium cadauera; ita tamẽ, vt polluta ecclesia, censeatur pollutũ cœmeteriũ illi connexũ, non è cõtra; qui accessorium sequitur conditiones principalis, & non è contra. Vnde quando polluta ecclesia reconciliatur, eo ipso cœmeterium censetur consequenter reconciliatum. Neque etiã polluto vno cœmeterio, censetur pollutum alterum; quia neutrum est accessorium alterius. Denique nomine ecclesiæ intelligitur, quidquid est intra tectum, & pavementum ipsius: unde comprehenditur Chorus à terra eleuatus, vel scabellis distinctus, vt docet Thom. Sanchez *lib. 9. de Matrimonio, disp. 15. n. 33.* & Fagundes *lib. 3. de i. de i. 4. n. 46* qui bene aduertit idem esse de Cappellis, siue subterraneis, siue superioribus, quoniam num faciunt cum ecclesia. Non tamen pollutionem effusio sanguinis fiat supra tectum immediatum ecclesiæ, in capacitate, quæ est inter primum, & secundum tectum; nec extra portam, aut in parte

externa parietū, vel in Sacrificiis, aut cameris adiacē-
tibus, nec in turri, aut cubiculis officialiū, & simi-
libus locis. Hæc omnia compendio dixi, non citatis
Iuribus & Auctoribus, quia passim reperiantur.

Dubium est potest de aliquibus locis publici
ad celebranda ab Episcopo designatis, vt fun
Eremitaria aliqua, Hospitalia, & similia, quæ ne
consecrata, nec benedicta sint, sed deputata ad hoc
vt in iis publice celebretur, in quibus non possunt
corpora fidelium sepeliri: de quibus Doctores ex

prelle non loquitur. Aliqui tamen indicant, ea loca non violari, nec pollui; ita loquitur Nauaetus in *Summa* c. 16. n. 2. dicens, coniuges peccare mortaliter, si habeant copulam in ecclesia consecrata, vel benedicta; Soto diff. 3. 2. q. 9. *enim. art. 3.* sic ait: *Vocatum autem locum sacrum ecclesiam consecratam, vel benedictam.* Et Suarez in præserti Sect. 4. §. 5. *Quinto violatur, in fine,* clarius id significat his verbis: *Dunque in casu non habent locum in Oratorio, vel similibus locis, quæ nec consecrata sunt, nec benedicta; quia irrationata loquuntur de ecclesiis; ecclesie autem nomine solum significatur templum consecratum, aut benedictum.* Eodem modo loquitur Henriquez diff. lib. 9. c. 17. §. 5. his verbis: *Ecclesia, si non sit consecrata, aut benedicta non violatur in Oratorio, quod est ab Episcopo designatum.*

cia celebrantur, intelligēda sunt nō de celebratione
actuali, sed de aptitudine iuxta regulam Logicę,
quod verba in definitione non dicunt actum, sed
aptitudinem. Significat ergo Pontifex, illi ecclesię
etiam non benedictę competere immunitatem, in
qua celebrari possunt Divina Officia, quare illa
etiam indigebit reconciliatione, etiamsi nondum
in ea celebratio fuerit

Quando ecclesia aliquo ex dictis modo polluta est, oportet eam reconciliari, quod fit ab Episcopo, si ecclesia consecrata sit, et rursus, qui in Pontificali prescribitur, etiam ab habentibus privilegium a Sede Apostolica, quale datum fuit a Leone decimo Minoribus; quæ concessio habetur apud Rodriguez in Bullariis Regulari *Bulla 6. sub Leone X.* A quo privilegium tamen non potest etiam ex commisione Episcopi; quidquid dicant Victorius in *Summa* q. 99. s. verbo *Ecclesia* n. 10. et *Yluisius* in *presen* q. 8. art. 3. dicens, sic feruari in praxi: verum illa praxis est pro ecclesiis non consecratis. Quare proxim contrarium esse, notavit bene Diana tom. 1. tract. 1. *Miscellanæ resol. 6.* Si autem non est ecclesia consecrata reconciliari potest per simplicem Sacerdotem aqua à se benedicta, eo modo, qui habetur in Ritualiquod licet de iure communi possit fieri abque alia licentia, solet tamen ex decencia, quando fieri potest, significari Episcopo. Si autem Sacerdos actu celebrat, quando ecclesia polluitur, et nondum incipit a Canonem, relinquit Sacrum, donec reconcilietur.

Addunt aliqui, si Sacerdos bona fide celebrat in ecclesia polluta, eo ipso manere iam reconciliatam per Missæ celebrationem. Ita Castro l. 2. de *Lege pœnali c. ultimo*. Sâ verbo *Ecclesia* n. 19. Diana *tratt. de celebr. Missar. resol. 69*. & probabile censet Auila de *Censuris p. 5. diff. 7. dub. 3. concl. 1*. Alij tamen eam limitationem reiciunt; & merito quos refert, & sequitur Layman *loco citato* n. 13. quia in nullo tunc fundatur; neque etiam ratione. Si enîs Sacrificij dignitas id habet, ut sanctificet locum absque alia reconciliatione, sequitur primo, etiam si Sacerdos mala fide celebrat manere reconciliatum, cû eadem sit Sacrificij virtus. Secundo, si ex Episcopi dispensatione in necessitate celebretur, idê dicendû esset. Tertio, si Sacerdos inchoato iam Canone, postea polluta ecclesia profequitur, & consecrat, eadem esset virtus Sacrificij. Quarto eodê modo, si ecclesia nondû fuisset consecrata, aut benedicta, dici posset, semel celebrata Missa, non indigere alia consecratione, aut benedictione; quia sicut dignitas Sacrificij æqualeat reconciliationi, æqualeat etiam, & præponderat consecrationi, aut benedictioni.

Vltimo aduertit Doctores, poffe in cafu neceffitatís celebrari in ecclefia polluta de licentia Epifcopi. Probat *Suarez* in præfenti, diâa Sect 4. *Hic poffit* & *Fagundez* p. 2. quia Epifcopus poteft dare licentiâ celebrandi in loco nõ conſecrato; ergo, & in loco, qui pèr pollutione quodammodo amiffa conſecratione. Hæc tamè ratio retorqueretur clare quia Epifcopus poteft de iure communi deputare Oratorium faltem publicum non conſecratum ad celebrandum; & hoc abſque neceffitate; ergo & poffet abſque neceffitate concedere, vt celebretur in ecclefia violata nondum reconciliata, quod tamen non confequens prædicat Auctores non concedit. Non propterea ergo hoc ex illa facultate generali facilius enim eſt, quod celebretur in loco non ſacro, quam in violato; quia violatio afficit non merâ negationem, ſed priuationem, & quali pœnitentiæ, ratione cuius illa negatio eſt magis radicata, licet carèntia gratiæ & ſacrificiis peccatoris, eſt purior.

Y y x effe

Quod à p-
teriori claret
pariet claret.

esset in homine existente in pura natura. Quod à posteriori claret pariet; quia in Ecclesia non consecrata potest celebrari ex deputatione Episcopi. & adhuc si violetur, potest cum reconciliatione Sacerdotis: si autem fuit consecrata, & violetur; nō potest absque reconciliatione facta per ipsum Episcopum; quia nimirum ratione maioris sanctitatis præcedetis, maius, & fortius impedimentum contrahitur, ad quod auferendum maior virtus est necessaria. Potest tamen Episcopus ex causa necessitatis dispensare; & tanta potest esse necessitas, ut, si non sit recursus ad Ordinatum, possit absque eius licentia celebrari, v. g. si in die festo populus non habet aliam ecclesiam, in qua possit Missam audire.

64.
Consecratio
Ecclesie
perditur de-
structa Ec-
clesia.

Consecratio Ecclesie perditur, destructa Ecclesia; quod quidem contingit, non quando tectum solum ruit, sed si parietes maiori ex parte destruantur, quia illis porissime adhæret consecratio. Si autem parietes non simul, sed paulatim, & successiue corrumpantur, & reparentur, non perditur consecratio; quia illa maior pars, quæ remanet, retinet consecrationem, & trahit semper ad se partem minorem, quæ aduenit.

65.

Circa hoc tamen subdubitat Layman loco citato num. 16. quando parietes ex intentione renouantur, Ecclesiam, vnus post alium, omnes destruantur, & de nouo ædificentur, quia in re morali multum valet intentio operantis. Alij tamen vniuersaliter loquuntur, & Nauarrus in *suma cap. 27. num. 238*. etiā in prædicto casu negat, requiri nouam consecrationem; & certe ciuitas eadem dicitur esse, licet ex animo eam pulchriorem reddēdi, paulatim, & successiue omnes aedes destruantur, & reædificentur: itē idem Collegium manet, si eodem modo paulatim reficiatur: cur non diceretur manere moraliter eadem Ecclesia?

66.
Maius du-
bium esset si
ex quatuor
Ecclesiis pa-
rietibus duo
fere corruerēt.

Magis dubitarem, quando reuera ex quatuor Ecclesiarum parietibus fere duo corruerent: nam licet tunc maneat maior parietum pars, vere tamen non videtur manere Ecclesia: quis enim dicat, Ecclesiam esse duos parietes paulo plus absque tecto? Consecratio autē Ecclesie nō maneat, nisi Ecclesia: sic enim Calix, vel Alba non manent benedicta, quando ita amittunt magna ex parte formam artificialem, ut non sint Calix, Alba, &c. ut infra videbimus: vnde si manica sepantur ab Alba perditur benedictio: minus autem retinent formā Ecclesie duo parietes absque tecto, quam Alba sine manicis. Sicut ergo, ut calix, vel vestis retineat benedictionem, necesse est, ut possit utcumque, licet ægre, deservire ad suum vsum: sic Ecclesia tamdiu retinebit consecrationem, quādiu erit Ecclesia; & tēdū erit Ecclesia, quādiu, licet ægre, possit deservire ad vsum sacrum; quod moraliter iudicandum erit Fateor tamen, contrariam sententiam propter communem auctoritatem probabilem, & securam præctice esse.

De Altari ad celebrandum necessario.

67.

Est duplex
altare fixum
& mobile.

Præter Ecclesiam requiritur ad celebrandum Altare, quod debet esse lapideum, consecratum ab Episcopo, vel habente auctoritatem ex commissione Summi Pontificis, qui non nisi rarissime eam soler concedere; numquam vero ad sacrificandum finem altari consecrato. Est autem Altare duplex; alterum fixum, alterum mobile, seu portatile, quod Ara nuncupatur. Primum consecratur, ut ibi maneat; atque adeo consecratur totum altare; & in qualibet parte mensæ illius potest sacrificari: vnde perditur consecratio, si mensa superior separatur à pedibus, vel base cui affixa est, non tamē, si vnus, aut alter lapis ex

illis, quibus nititur, auferatur, si tamen potest adhuc manere, & stare altare, quantum sufficit ad sacrificandum; ut obseruat Layman *lib. 5. c. 6. n. 3*. Altare autem mobile retinet consecrationem, quādiu non frangitur, ita, ut in parte illius integra non possit consistere Calix, & Patena cum hostia: quod non ita intelligo, ut totus pes calicis, & tota patena debeant esse super partem lapidis, sed tanta pars vtriusque, ut sufficiat ad sustentanda illa, ne cadant: tunc enim indicari debet de vna sola parte integritate, tamquam si sola illa sit; nam altera pars per accedens se habet: quia non potest sacrificium fieri a constante ex duobus lapidibus; ut tradunt Syluester *Altare. q. 3. Valq. disp. 233. n. 16*. Fagundes *lib. 3. de 1. præcepto Eccles. 22. n. 9*. & alij.

Hinc infero primo, si lapidi consecrato additio fiat noui lapidis, id, quod additur, non fieri consecratum, neque in ea parte posse poni calicem, & patenam, licet alia per coniunctionem cum materia sacra soleant participare consecrationem, aut benedictionem; in quo puncto latet Layman *ubi supra n. 5*. ut rationem discriminis reddat, dicens, procedere illam regulam in iis artificialibus, quorum partes seorsum rationem & appellationem non retinent; Ecclesia, calix, calicula, &c. at vero si partes lapidis homogeneæ sunt fieri potest, quod vna pars sit sacra, alia non sit sacra. Hæc tamen ratio non est sufficiens, cum in oleo, vel aqua benedicta partes sint satis homogeneæ, & tamen per coniunctionem pars addita participat benedictionem. Ratio ergo legitima petenda est ex dictis, quod lapis debet esse simplex, & vnus, ut sit aptus ad celebrandum: idcirco id, quod additur, non fit sacrum; quia non potest cum præcedenti componere altare sacrum.

Quæritum est, an super ara consecrata debeat poni etiam particula consecrata, an sufficit, quod ponatur ibi tempore consecrationis; postea vero propter loci angustias ponantur extra aram in alia parte altaris supra aliud Corporale. Respondi debere esse super aram, sicut & hostiam illam, quam Sacerdos sumit: nam licet Sacerdos intendat hanc hostiam maiorem sibi sumere, & illas minores aliis dare, hoc parum refert, cum ex institutione huius sacrificij nulla sit differentia, quare possit Sacerdos ex ipsa hostia maiori dare partem aliquam ei, qui vult communicare, & rursus ex minoribus sibi sumere, quia tota est vnica victima, & per modum vnus offertur absque vilo discrimine. Vnde in Rubricis Missalis præcipitur, quod particula illa ponatur super Corporale, vel ante Calicem, aut in calice, vel vbi se mundo consecrato retro post calicem. Quod autem non sufficiat solum, quando consecratur, esse super aram, constat clare, quia ara non tantum requiritur ad sustentandam hostiam tempore consecrationis, quam tempore præcedenti, & sequenti, quando eum consecratur, non est hostia supra aram, sed in manibus Sacerdotis; ergo magis requiritur ara ad tempus præcedens, & subsequens. Vnde obiter infero, minus rite facere aliquos, quos vidi statim post consecrationem dare vas cum particulis consecratis alteri Sacerdoti, ut eas in alio altari populo distribuatur. Hoc inquit, nō rite fiat: sicut ex hostia sua Sacerdos non debet dare partem vsque ad finem sacrificij; sic nec de illis particulis, quæ sunt etiam victima illius sacrificij, & non minus offeruntur, quam hostia maior: & ideo omnes orationes, oblationes, & benedictiones frequentes aque spectant ad illas; nec ante sumptionem à Sacerdote est victima perfecte, & integre sacrificata: minus etiam congruit, ut alius participet prius de sacrificio.

crificio, quam ipse Sacerdos, qui est principaliter offerens, & sacrificans respectu aliorum: unde in omnibus Liturgiis, & Ritualibus, ac Regulis antiquis semper primo loco ponitur communio Sacerdotis celebrantis; & postea communio Clerici, & populi; nec videtur ille ordo facile pervertendus. Facilius posset admitti, quod ante sumptionem calicis daretur altis communio, quia Christus non solum ante sumptionem, sed etiam ante consecrationem calicis videtur dedisse Apostolis corpus; ut ex contextu Evangelij colligi potest.

Circa altare portatile dubitari solet, an perdat consecrationem, si separatur a ligno, cui inclusum est; quod licet aliqui affirmant, alij tamen communiter negant, & merito; quia illud lignum est quidem ad ornamentum, vel custodiam lapidis, ne rumpatur, non tamen componit cum lapide altare, nec est capax consecrationis cum non sit lapis. Nec obstat, quod altare fixum perdat consecrationem, quando mensa separatur a pedibus ligneis, quibus sustinetur; quia illud consecratur per modum altaris fixi, & stabilis, de cuius ratione non solum est tabula superior, sed etiam pedes, seu basis; ut vero altare portatile consecratur ut tabula sola superior mobilis, & portatilis, & ad eum vsum; atque ideo consecratio cadit super solam partem superiorem; in qua collocatur calix, & hostia.

Dicit aliquis; sicut potest consecrari lapis parvus scorsim pro altari portatili, cur non poterit consecrari lapis magnus, seu tota tabula lapidea superior sola in altari fixo, ita ut consecratio sit in sola tabula superiori, non in pedibus, vel base, cui innititur; quare etiam si a base, vel a pedibus separatur, non amittet consecrationem: quod si fieri potest, cur non habet Episcopus hanc intentionem, dum altare consecrat?

Respondetur id fieri non posse; ratio est, quia olim sola altaria lapidea fixa consecrabantur; postea propter necessitates occurrentes concessum fuit, & introductum, ut consecrarentur etiam portatiles, & tabulae lapideae parvae, quae deferri possent ad varia loca, quae in rigore non sunt altaria, sed tabulae altaris; nam altare est mensa integra, quae includit pedes, seu basim, & tabulam superiorem; indultum tamen fuit, ut possint consecrari altaria non integra, sed tabulae altarium, ad vsum eas deferendi in alia loca; nunquam tamen concessum fuit, ut in altari non mobili consecraretur altare non integrum. Non potest ergo consecrari sola tabula superior in altari fixo, sed debet consecrari totum altare per modum altaris integri, & completi.

P. Layman, ubi supra num. 6. videtur ad hoc ipsum exemplo calicis, qui si tornatilis sit, non perdit consecrationem per separationem cuppae a pede; licet eam perdat calix alius; qui non habet amovibilem pedem a cuppa. Rationem autem reddit, quia in calice tornatili sola cuppa per se consecratur, & ideo in ea sola, & separata retinetur consecratio: quod etiam insinuare videtur Suarez Disp. 81. Sect. 7. §. 1. Rursus inquiri potest.

Verum hoc exemplum non omnino congruit: nam licet concedam calicem tornatilem ita consecrari, ut per separationem cuppae a pede non perdat consecrationem, non tamen concedam, consecrari solam cuppam, sed totum calicem; atque ideo si loco illius pedis substitueretur alius pes non consecratus, non esset calix consecratus, quia reuera non est idem calix, cui pars aliqua necessaria ad substantiam calicis usualis variata sit; quod non cōtingit, quando eadem partes connectuntur, quia sepe manet idem calix, ut videbimus Sectione 4. in altari autē portatili

P. Ioan. de Lugo de Sacramentis.

fateor, non manere idem altare; quia ara sola mobilis non est altare in rigore, sed pars altaris: fuit tamen indultum, ut consecraretur pars altaris scorsim, quia sic necessarium fuit ad vsum; quod tamen in consecratione calicis concessum non est.

Dicit aliquis; sicut potest fieri calix tornatilis, cuius partes licet separantur, non perditur consecratio: cur non poterit fieri altare integrum, cuius partes possint facile separari, & coniungi, v.g. tabula superior cum columnis seu pedibus, quibus innititur? tunc autem non amitteretur consecratio partium, sicut neque in calice. Respondetur, ex natura rei id non repugnare physice, ut ita dicam: moraliter tamen non facile erit; quia licet in altari ligneo, vel aereo id facile esset, in lapideo tamen difficile erit ita subtilem tabulam lapideam inuenire ut possit facile, & sine periculo imponi, & auferri a base, vel columnis: quare eiusmodi altaria nunquam fuerunt in vsum; si tamen fieret, non video, cur non possent eiusmodi partes consecrationem retinere, quoties connecterentur. Nam reuera sicut mensa ligneae eadem est, licet saepe tabula superior a pedibus auferatur, ut conuenit in mensis aliquibus pauperum; eadem etiam esset mensa lapidea, si eodem artificio facta esset. Itē sicut calices tornatiles introduci potuerunt, & cum illa separabilitate partium consecrari; licet antea soli calices fixi consecrarentur, cur non possent consecrari altaria cum separabilitate partium, licet antea nullum esset eiusmodi altare? Nam licet altare non soleat consecrari, nisi intra ecclesiam, & alligatum ecclesiae, potest tamen intra eandem ecclesiam, aliquod altare integrum transferri ab uno loco ad alium; quo casu, cum idem altare omnino maneat, non indiget noua consecratione: posset ergo similiter illud altare cum separabilitate partium consecrari in tali ecclesia, intra quam posset dissolui, & componi, si tali artificio fuisset fabricatum.

Aliqui exigunt necessario ad quodcumque altare, quod in eo sint reliquiae Sanctorum: id tamen alij merito negant; & multo magis, quod alij dicunt, licet in defectum reliquiarum includere particulam hostiae consecratae, quod quidem magnū absurdum esset. Unde parum etiam refert, quod altaris cornua, quae vncta sunt; frangantur: semper enim remanet consecratio, quamdiu restat pars sufficiens ad continendum calicem cum patena ut dictum est.

Altare praeterea ornari debet in primis roboreis praeter Corporale, quas Suarez in praesenti Disp. 81. Sect. 6. Valquez Disp. 233 c. 3. & alij communiter, quos refert, & sequitur Layman; ubi supra n. 11. Layman, dicunt sufficere quod sint duae praeter Corporale, seu vna duplicata. Verum in Missali reformato auctoritate Clementis octauī expresse requiruntur tres, quarum vnā longior sit, & ad terram pertingat, duae aliae breuiores, seu vna duplicata; & praeter has, quae in altari sunt, postea additur Corporale ex Sacristia afferendum: & hoc obseruatur in Ecclesia Romana. Quod idē praescriptum iam fuisse in Missali Pij V. constat ex §. 10. de defectibus occurrentibus in Missa, ubi inter alios defectus ponitur, si altare non sit tribus mappis ornatum. Additur praeterea in Missali, quod haec tobiliae sint benedictae, quod a fortiori requiritur in Corporali; quod licet in extremitatibus possit esse sericum vel auro elaboratum, non tamen ea parte, qua calicē, & hostiam tangit: eiusdem rationis debet esse altera pars, qua calix operitur quae etiam pro Corporali posset deferri, si capax sit, cum eandem benedictionem habeat. Purificatorium vero, quo tergitur calix, non debet esse ex obligatione benedictum, ut fateatur Suarez Disputat. 81. Section. 8. §. Quarto addendum.

¶ y 3

addendum

addendum. & Gauantus in Rubricis Missalis p. 2. tit. 1. lit. I.

77.
Sine lumine
sacrificare
numquam
licet.

An ex sola
cera.

Diana.

Layman.

78.
An celebrari
possit sine li-
bro Missali.

Diana

79.

Omnia qua
in rubricis
notantur non
asserunt obli-
gationem gra-
uam.

Requiritur etiam lumen, sine quo nunquam sacrificare licet: imo addit aliqui, si lumen extingatur ante consecrationem, nec haberi possit, relinquendam esse Missam, etiam si necesse esset consecrare ad dandum viaticum moribundo. Ita Fagundes. c. 22. n. 19. An vero debeat esse ex cera, vel possit esse ex oleo, vel adipe? Communis sententia exigit ceram propter consuetudinem vniuersalis Ecclesiæ, quam approbat regula Missalis, ubi exigitur duæ candelæ cereæ. Alij tamen in casu necessitatis licere dicunt cum alio lumine, si absit scandalum, quos congerit, & sequitur Diana, tract. de celebrat. Missar. resol. 45. & 67. quorum aliqui in extendunt ad candelam ex adipe, vel seuo; vt Layman loco citato. c. 6. n. 17. & Azor 1. tom. lib. 10. c. 28. q. 15. Didacus Nufus in præstit. q. 83. art. 3. dub. 3. Iacob de Grassis 1. p. Decis. lib. 2. c. 43. qui absq. limitatione loquitur.

Requiritur etiam liber Missalis. An vero aliquando liceret absque illo celebrare, quando Sacerdos nullum timet periculum, & memoria firmiter tenet totam Missam; plures negant; alij affirmant. Layman ubi supra n. 17. Villalobos, & Ledesma, quos refert, & sequitur Diana loco citato resol. 46. qui male pro contraria sententia citat Vasquez cum hanc secundam aperte teneat c. 3. m. 26. qui bene aduertit, ex hoc capite excusari eos, qui cum legere non possint propter visus debilitatem, adhuc celebrant Missam memorialiter recitantes, & videtes quantum satis est, ad reliquas Sacrificij actiones rite exercendas; enim licet librum coram se habeant propter decentiam, perinde est, ac si eum non haberent; quam sententiam ergo etiam probabilem existimo.

De Cruce aliqui dubitant; an sit necessaria ex præcepto graui: sed licet in regulis Missalis exigatur, non videtur tamen esse præceptum Ecclesiæ grane, vt notant Suarez & Vasquez, imo aliqui probabilliter dicunt, non esse Missalis regulam intelligendam pro altari, in quo est sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Alij tamen contrarium sentiunt, cum quibus est Gauantus dicta. 1. p. tit. 10. Et in vniuersum certum est, non omnia, quæ in Rubricis Missalis exiguntur, asserre obligationem grauem, nisi aliunde constet de Ecclesiæ præcepto. Quis enim dicat, non posse sacrificari absque duabus candelis cereis, vel sine alio cereo, pro tempore Eleuationis, & alijs similibus.

SECTIO III.

Verum in mari possit aliquando celebrari.

80.

Hoc posse fieri
accidente pō-
sificii cōfessu
indicauit
olim Suarez.

81.

Primum funda-
mentum ex
veteris Ec-
clesiæ consue-
tudine.
Spiritus.

De hoc puncto diligenter tractatum fuit ante 30. fere annos in præcipuis Hispaniæ Academicis cum Lusitani peterent in longa navigatione ad Indiam Orientalem huius Sacrificij vltim. Et quidem Doctores Theologi, & Iuristæ in Academia Salmanticensi, Complutensi, Conimbricensi, & Eborensi iudicarunt posse, id accedente Summi Pontificis consensu, eis rationaliter concedi, quorum subscriptiones vidi, & in illis iudicium P. Francisci Suarez idem sentientis.

Fundamenta multa, & quidem grauissima allata fuerunt. Primum ex veteris Ecclesiæ consuetudine, quæ in mari etiam pro nautis celebrare consuevit, quod colligitur ex Surio tom. 2. die 20. Martij, ubi narrat S. Vulfstanum Senonensem Archiepiscopum, dum in medio Oceano nauigasset, & die quadam hora solita venerandum Missæ Sacrificium offerret, & patena de ministri manu in mare prola-

pia fuisset, ipsum Sacrum oratione sua impetrasset, vt patena iterum ex profundo ad manum Diaconi reueteretur, quam etiam historiam refert Card. Baronius tom. 8. an. Domini 700. & addit: Ex quibus, præter insignis miraculi virtutem, intelligitur, lector non desitisse sanctos viros in mari etiam, cum tranquillitas esset, religata anchoris nauis celebrare dei sacrosanctum Sacrificium Missæ, Deo maxime gratum quod ipse tanti editione miraculi patefecit. Hæc Baronius. Colligitur hoc ipsum ex Epistola Dionysij Episcopi Alexandrini ad Hieracem, vt refert Eusebius lib. 7. c. 17. ubi Dionysius sic ait: Cum ab omnibus persequutione agitati essemus, & morte multati, festum læti animi celebravimus, & singula loca ad singula afflictionum genera nobis præstatura, vt ager syluestris, solitudo deserti, nauis fluctibus iactata, diuersorum publicum, & horridum carcer, opportuna videbantur, in quibus celebres conuentus maximo cum gaudio ageremus. Hos tamen conuentus Cardin. Baronius tom. 1. anno Christi 57. dicit continuisse lectionibus, & colloquijs spiritualibus, & sacra Eucharistia. Colligitur denique hoc ipsum ex vltimo quoque de fidei Eucharistiam in nauibus, cuius meminit S. Gregorius lib. 3. Dialog. c. 36. Ambrosij Orat. funebri de obitu fratris Satyrj; Baronius tom. 1. dicto anno 57. & tom. 5. anno Christi 401. Non videtur autem credibile, quod in longa navigatione Eucharistia non renouaretur, præsertim cum ex illis historicis colligatur, non solum Corpus, sed sanguinem Christi sub speciebus vini solum in nauis sumi, vt constat ex Gregorio loco citato; ubi dicit, nautas illos in extremo naufragij periculo corpus, & sanguinem Christi pro viatico accepisse. Quomodo autem poterat Christi sanguinis diu aliquæ celebratione Missæ conseruari?

Secundum fundamentum, quia celebratio Missæ in mari non est contra ius naturale, vel Diuinum, aut etiã humanum. Nam in primis ius naturæ, & ius Diuinum solum exigunt debitam reuerentiam in celebratione huius mysterij. Cum ergo possit reuerentia illa debita cum diligentia in navi haberi, non erit contra ius naturale, vel Diuinum: ius autem humanum seu Ecclesiæ prohibitio nulla prodes iuuenit. Solu afferri potest quoddam Ritale antiquum approbatum à Leone decimo, cuius meminit Nauar in Miscell. de Orat. Miscell. go. vbi 1. p. art. 4. c. 35. dicitur: In loco fluctuanti, vt in mari, & flumib. celebrare nō licet alicui. Hoc tamē parū probat, primo, quia de illa approbatione Leonis nō constat, nec de auctoritate illius Sacerdotalis, de quo solum Nauar dicit: Liber Sacerdotalis à Leone decimo (vt aiunt) probatus, quem nobis monstrauit R. in Christi P. &c. Cæterum in ipso Sacerdotali, quem in nostra Bibliotheca habemus, non inuenitur illa Leonis approbatio, solum dicitur in fronte libri, fuisse multoties approbatum auctoritate Pontificum. Postea vero cū iterū impressus sit Venetijs an. 1568. de præ fuerunt verba prædicta de approbatione Summi Pontificum. Secundo, quia illa approbatio Leonis, si quæ fuit, non videtur sonare plusquam licentiam, non vero præceptum, aut legem. Tercio, quia aliqui ibi continentur in ordine dicendi Missam siccan, quæ correctione indigeret, quæ est, quod dicitur Oraciones post Communionem, quæ tamen cum mentionem vt in plurimum faciat sacramenti concepti certum est non posse tunc dici, quando consecratio, aut sumptio non præcessit. Ad summum ergo habetur, quod ille Auctor loquutus sit, licet alij Auctores, qui hoc ipsum dixerunt, non licet celebrari in mari, & ideo illa doctrina merito fuit approbata.

Magis

83. Magis posset obstat consuetudo satis iam antiqua non celebrandi in mari; quæ cum esset ab omnibus recepta, videbatur habere vim legis. Ad hoc tamen aliqui dicebant, consuetudinem illam cum nullo iure probaretur, introducam magis fuisse tum ex negligentia, & repudiate fidelium, qui non ita solliciti erant de fructibus huius sacrificij, & Sacramenti, tum etiam, quia non erant in usu navigationes ita longæ, & diuturnæ, sed breues, & in quibus frequenter possent ad terram accedere, & in litore celebrare.

84. Tertium fundamentum defumebatur ex auctoritate Doctorum, qui etsi prima facie videantur contrarium docere, si tamen eorum verba attente examinentur, huic magis parti fauere videntur. Nam in primis multi eorum non dicunt vniuersaliter non licere celebrare in mari, sed cum limitatione, scilicet ubi periculum est effundendi sanguinem Christi, vel similis indecentiæ. Sic loquitur Antonin. 3 p. tit. 13. cap. 6. §. his verbis: *In nulla necessitate licet celebrare in mari, vel super fluium, ubi probabiliter timeatur de effusione sanguinis propter agitationem navis*. Eadem verba habent Syluester, Missa, 1. quest. 2. ver. secundum. Atmilla verb. Missa. n. 4 Pauludan in 4. dist. 13. quest. 2. n. 1. lac de Grassis lib. 2. de ci. iur. cap. 42. numero 10. qui, & alij addunt semper illam limitationem, ubi periculum timeatur effusionis sanguinis, quare per argumentum à contrario ex eisdem probatur licitum; quando illud periculum non timeatur prout in casu nostro supponitur non timeri, de quo infra. Alij vero Doctores, licet absolute loquantur & dicant, id non licere, addunt tamen, rationem esse propter periculum effusionis sanguinis. Sic loquitur Tutrecremata in cap. Concedimus. de consecrat. dist. 1. summa Astensis lib. 4. tit. 14. art. 4. §. Idem intelligitur. Nauaricus loco supra citato Miscel. 88. & in Manuali. c. 25. n. 8. Suarez in præsenti disput. 81. sect. 3. §. Tertia exceptio. Angles in Floribus Theolog. tract. de Eucharist. q. de valore Missæ art. 2. dist. 2. c. 4. l. 4. Durand de Ritib. Eccles. Cathol. lib. 2. c. 4. a. finem, Fernandus Pæz in Repet. cap. Missæ de consecrat. dist. 1. n. 193. Lud. Lopez 2. p. instructorijs Conscientiæ cap. 79. Azor. lib. 10. Insit. mor. c. 16. q. 6. in fine. Ex quibus etiam omnibus colligi videtur, quod cessante omnino illo periculo, licita esset talis celebratio.

85. Adde, alios Doctores expresse docuisse, id licere cessante tali periculo. Ita loquitur Maior in 4. dist. 1. q. 4. paulo post principium; ubi postquam dixit non esse in mari celebrandum, subiungit, Cum autem non patet accessus rationabilis ad terram, tales excusantur ab auditione Missæ; esset enim periculum effusionis sanguinis Christi, quo ubi cauere non possent celebrari. Item Guil. Durandus lib. 4. Rationalis Di. un. Offici. c. 1. n. 4. i. ubi sic ait: Potest autem esse necessitas, ut Missa dicatur in mari, vel in exercitu sub populo. Eman. Sa verbo Missa, numero. 19. Super mare, inquit, aut fluium, si timeatur sanguinis effusio celebrare non licet: si non timeatur putarem licere. Henriquez lib. 9. de Missæ. c. 27. num. 3. in fine, ubi sic ait: In fluiuo placidissimo, ubi effusio sanguinis timeri non posset fortasse in necessitate liceret. Et in margine dicit, hanc esse sententiam Recentiorum. Hi autem scripserunt ante exortam hanc contro- uersiam; postea vero, eam celebrationem hodie cum certis circumstantiis licite fieri, tradunt Fagundes lib. 3. de 1. precepto Eccles. c. 10. & nouissime Iac. Granad. in 3. p. Controuerf. 6. de Eucharist. 14. dist. 13.

Quarto ex his formatur ratio in hunc modum: Iuxta communem Doctorum sensum est quod in casu necessitatis possit extra Ecclesiam, aut locum sacrum celebrari cum licentia Episcopi, vel etiam sine illa, quando peti non potest, ut vidimus scilicet, procedenti. dum tamen reuerentia debita seruari possit: in nostro utraque conditio inuenitur, necessitas scilicet, & reuerentia debita. Et quidem minor necessitas à Doctoribus exigitur, quam hæc v. g. si Ecclesia capere non potest ad Missam audiendam omnes, qui ad solemnitatem concurrunt, vel aliud simile, ut supra vidimus. In nostro autem casu in singulis nauibus 300. vel aliquando 800. homines sunt, qui aliquando per sex menses hoc sacrificio priuari congruntur si non celebretur in mari. Si ergo à Concilio Tridentino relato in cap. Concedimus, de consecrat. dist. 1. causa sufficiens iudicatur defectus loci sacri, ut ij, qui in itinere versantur, Missam die festo audire possint, & ad hoc sub dio celebretur, quid diceret de expeditione Indica, in qua per sex menses tot hominum millia Missa priuantur; nisi in mari celebrari permit- tatur.

86. Quod vero attinet ad reuerentiam debitam, de qua poterat magis dubitari, factæ in primis fuerunt informationes multæ, & auditi in consulta- tionibus periclitissimi naucleri, Præreges, Gubernato- res, Duces, & alij multi, qui omnes testari sūt (quo- rum testimonia, & subscriptiones ego vidi) nullum prorsus esse in illis nauibus periculum irreuerentia: in iis enim locus aptissimus destinari facile potest, decenter, imo & magnifice ornatus, ab omni fœtore, & sordibus secretus, in quo debito tem- pore celebretur: potest etiam facile vitari omne ef- fusionis sanguinis periculum; tū quia petiti naucleri præuident maris commotionem, quæ si im- mineat, præmonebunt ante Missæ initium; tum quia adesse potest alter Sacerdos, qui post consecratione calicis manu teneat, ne cadat, aut moueatur; quibus positis, nullum prorsus remanet irreuerentia: pe- riculum.

87. Accedunt rationes maximæ, ut, si id fieri possit non omittatur. Prima, ut, quantum fieri possit, satisfiat præceptis grauissimis audiendi Missam diebus festis, accipiendi Eucharistiam in Paschate, Viaticum in mortis articulo; quibus præceptis, quoties fieri possit satisfaciendum est; præsertim cum experientia compertum sit in longa illa nauigatione 100. aliquando, vel 200. ex nautis obire in vno nauigio, qui omnes de viatico debent ab Ecclesia prouideri, si fieri honeste possit. Secunda, ut in ipsa nauigatione maior sit obseruantia Diui- næ legis & Christiani mores peccandi consuetu- dine non corrumpantur. Experientia enim con- stat, quantum deferuiat usus huius sacramenti ad coercendam licentiam peccandi, & continendos homines in debito conscientia: munere. Tertia, ut hac occasione, orium magna ex parte vitetur quod in tædiosa illa vacatione radix esse solet multorum peccatorum, à quibus non parum di- uertere potest sanctissima illa, & frequens, ac re- ligiosa occupatio Diuini cultus. Quarta, ut peri- cula Oceani virtute eius sacrosancti sacrificij, vel impediuntur, vel mitigentur: testantur enim ex- perti naucleri, loca illa, quæ frequentibus nau- fragijs, & tempestatibus erant infamia, & horribi- lia; postquam hoc Sacrificium in regionibus illis celebrari cœpit, feritate pristina deposita, vel tra- quilla facta esse vel certe nauigabilia; prout de tractu Iaponum, & Sinarum testantur: imo obser- uant.

86. Ex his omni- bus ratio for- matur.

Cōc. Trid.

87.

88. Accedunt de- inde rationes maximæ. Pri- ma est ut sa- tis fiat præcep- tu grauissimis

Secunda ut se- maior obser- uantia diuina legi.

Tertia ut or- ium vitetur.

Quarta ut pericula Oce- ani impedi- antur.

uariunt aliqui mare illud, quod inter Brasiliam, & Congium inuenitur, pacificum esse; postea vero periculosissimum ob frequentes tempestates; cuius discriminis rationem naucleri tribuunt huic Sacrificio, quod in Brasilia, & Congo celebratur, cuius virtute demones, qui tempestates excitant, coercerentur, vel fugantur ab illo Domino, qui imperauit mari; & facta est tranquillitas: id contra vero, ubi ab illo Sacrificio nõ coercerentur, dominantur vehementius. Si enim clauus Crucis Christi à Constantino in Adriaticum mare proiectum, pacificum, & tractabile illud reddidit, quod antea nõ nisi periculosissimum nauigare poterat, vt refert Greg. Turon. & alij: quid faciet sacrosanctum corpus & sanguis Christi, quando in ipso Oceano realiter in Sacrificio offeratur?

89.
Hæc occasio
dederunt Lusitanis
Galie
celebrandi in
mari.
Fagundez.

Hæc, & alia similia occasionem dederunt Lusitanis primum in navigatione Orientali, Castellanis deinde in Occidentali, celebrandi in mari; quod quidem Fagundez loco citato testatur in initium accepisse ex licentia Summi Pontificis Clementis octauis, & Pauli Quinti: & P. Granado loco citato refert, Episcopum Malacæ retulisse cuidam Patri nostræ Societatis, Episcopum Cyrenensem testatum esse, se vidisse Breue Summi Pontificis, in quo declarabat, posse sine scrupulo celebrari in mari. Quidquid de hoc Breui sit, certum est, id nõ fuisse absque Episcoporum licentia introductum: imo ipsi Episcopi, dum nauigarent, primi omnium & celebrarunt, & celebrari fecerunt. Hoc enim fecit D. Alexius de Meneses Archiepiscopus Goæpius pariter, & doctus; Nuncius etiam, seu Collector Romani Pontificis in Lusitania facultatem dedit Indiæ Proregi, vt celebrari faceret coram se in nauis; alijque Episcopi postea eandem licentiam dederunt: vsus autem, & experientia multorum iam annorum ostendit, nullum esse in hac parte periculum ex eis, quæ timebantur, sed maxima commoda ex hoc Sacrificio provenire. Scio paucos ante annos hanc eandem facultatem petitam esse à Summo Pontifice pro trirēibus in mari Mediterraneo, vt saltem in Regia trirēmi posset celebrari, exemplo adducto ex nauigatione Indica, fuisse tamen negatam facultatem: nec mirum, quia trirēmes non sunt ita aptæ, vt grandiores illæ naues; nec necessitas est eadem, cum frequenter ad terram accedant, ubi in litore altare erecto, possunt ex ipso mari Missam audire.

SECTIO. VI.

De vasis, & vasis sacra, & aliis ad hoc Sacrificium requisitis.

90.
Requiruntur
primo calix
& Patena.

Requiruntur in primis Calix, & Patena, quæ iuxta Rubricas Missalis debent esse ex auro, vel argento, vel saltem Cuppa calicis ex argento inaurato; addunt Theologi communiter, posse esse aliquando ob paupertatem ex stanno, ex Concilio Rhensi cap. 6. relato in cap. vi. calix. de consecrat. dist. 1. ex aliis vero materiis nullatenus fieri posse. Sed certe consuetudo est omnino contraria: sunt enim in ecclesiis ad communem usum Sacrificii plerique calices ex ære toti, seu cupro inaurato, Italice, & me, Hispanice, Cobre; & hic Romæ sunt innumeri, & plures patene; ex stanno autem nullus reperitur; quam proximam nescio quomodo

nostri Recentiores non aduerterint, qui quotidie in iis vasis sacrificabant. Quamuis autem in Rubrica Missalis reformati præscribitur, vt cuppa calicis, & superior patenæ pars sit deaurata, id tamen non obligare grauitur, & docet cum aliis Iac. Granado tractat. 14. Eucharistia, dist. 1. num. 3. & ita videtur vsus habere, quando sunt ex argento.

Debent esse hæc vasa consecrata ab Episcopo, vel alio ex privilegio Pontificis Romani, qui non nisi rarissime illud concedit. Aliqui volunt si bona fide semel aliquis celebravit in calice & patena nondum consecratis, non indigere iam alia consecratione. Ita Diana tom. 1. tract. de Celebrat. Missæ, resol. 69. nullum Auctorem pro ea sententia adducens: fundatur autem in eo, quod Calix lib. 2. de lege penali, c. vlt. docet, Ecclesiam pollutam non indigere alia reconciliatione, si aliquis in ea bona fide celebravit, quod etiam probabiliter existimat A. uila, de Censuris p. 5. Disp. 8. dub. 3. conclus. 1. Ergo calix etiam (& idem iudicatur de vestibus) non indigebit consecratione, aut benedictione, postquam in illo celebratum est.

Hoc tamen absque sufficienti fundamento asseritur; cum quia doctrina illa Calix falsa est, vt dixi Sectione præcedenti; cum quia, etiam si admittatur doctrina illa, adhuc non infertur in nostro casu, quod intenditur, sed eius contrarium. Nam illi Auctores, licet dicant, ecclesiam semel consecratam posse reconciliari per Sacrificium bona fide in ea oblatum, non dicunt tamen, Ecclesiam nondum consecratam per sacrificium in ea bona fide oblatum manere consecratam; alioquin omnia Oratoria essent consecrata, postquam in eis celebraretur. Ergo licet admittatur quod calix semel consecratus, si pollueretur, posset reconciliari per Sacrificium in eo bona fide oblatum; non deberet concedi, quod calix non consecratus, euatione fieret consecratus; plus enim requiritur ad consecrationem inducendam in materiam profanam, quam ad purgandam materiam iam semel consecratam. Vnde merito illam doctrinam reiiciunt omnes alij. Nauarrus, & Azor, quos refert, & sequitur Layman dicto tract. 5. c. 5. n. 13. & Fagundez dicto lib. 2. c. 21. n. 13.

Perditur consecratio per fractionem, aut diminutionem talem, vt non sit calix v. g. utilis ad vsu in Sacrificio. Vnde si cuppa separatur à pede fixo per fractionem, & iterum coniungatur, indiget noua consecratione. In calice tamen tornatili, licet aliqui idem dicant, alij tamen negant, peccati consecrationem per meram separationem, quando absque noua artificis industria possunt iterum, atque iterum facile partes coniungi, ita Suarez, & Vasquez in præfati. Layman. c. 6. n. 6. Fagundez n. 17. & alij Recentiores. Ratio autem, quam inueniunt Suarez, & alij, quod scilicet in eiusmodi calice sola cuppa est, quæ consecratur, pes autem non habetur pro parte, non mihi probatur, vt dixi Sectione præcedenti: quia cuppa absque pede non est calix aptus ad Sacrificium, nusquam autem indultum est, quod cuppa sola absque pede consecraretur, nec vilius Episcopus consecrabit nisi licet integrum. Vnde melius Vasquez numero 31. non tantum dixit, posse in illo calice consecrari, si testis præterea cuppa cum pede per illam iuncturam coniungatur; quia si iterum coniungantur eadem partes, non censetur noua forma calicis, sed eadem. Rationem à priori reddidi supra dist. 8. sect. 2. quia nimirum tamdiu censetur perseverare eadem forma

ma artificialis in artefacto, non quamdiu partes retinent eandem positionem localem physice, aut distantiam in ordine ad se (nam partes pilei plicati, aut explicati non retinent eandem distantiam ad invicem) sed quamdiu apte sunt ad retinendam eandem distantiam absque novo artificio unde eiusmodi artefacta, quorum partes nexu tota-tili coniunguntur, eadem semper manere censentur; quod idem esset in Alba, verb. gr. quæ manicas haberet non fixas, sed amovibiles, quæ globulis, vel funiculis coniungerentur: tunc enim per separationem non perderetur benedictio, sicut neque Planeta, si pars anterior cum posteriori aliquibus festuculis coniungi, & separari facile possit. Nec obstat, quod altare fixum perdat consecrationem, quâdo mensa separatur a pedibus vel base, quia sibi non perseverat eadem structura artificialis, sed requiritur novum artificio ad coniungendas illas partes.

94. Dubitari solet quando calix inauratus perdit paulatim autem, an perdat consecrationem. Item quando de novo iterum inauratur, an indigeat nova consecratione. Negant communiter in primo casu; & concedunt, in secundo requiri consecrationem novam. Ita Suarez, Vasquez, & alij plures, quos affert Diana 1. tom. tract. 1. Miscell. resol. 3. Rationem differentia dicunt esse, quod in primo casu id, quod remanet, erat consecratum, cum omnes partes calicis sint consecratae; in secundo casu id, quod additur, non est consecratum; & aliunde est nova quædam superficies auri, quæ immediate tangit sanguinem Christi, & quæ nullo modo consecrata supponitur.

95. Alij tamen in secundo casu negant. Coniunct in præsentia art. 3. dub. 3. Layman. d. c. 6. n. 7. & Diana loco citato, quæ sententia pro habiliior mihi videtur: nam per illam inaurationem novam ille non est alius calix moraliter à præcedenti: ad sacrificium autem sufficit calix consecratus; ergo si manet idem calix, qui iam semel consecratus fuit non oportet consecrare illam novam superficiem, sicut neque in Ecclesia, quæ de novo dealbatur, oportet de novo consecrare superficiem novam. Nec obstat, quod illa superficies sit, quæ sola tangit sanguinem Christum: in illa superficies per coniunctionem cum calice consecrato manet facta, sicut si Corporale lætæum reficiatur, & assuatur illi aliqua exigua pars; hæc absque nova benedictione manet benedicta propter coniunctionem cum Corporali benedicto, & licet hæc pars nova sit in tali loco, ut fortasse illa tangat maiori ex parte hostiam, vel aliquando totam particulam consecratam pro aliquo, qui vult communicare, adhuc nõ indiget nova benedictione, sed sufficit benedictio totius, cui advenit. Idem ergo dici potest de superficie aurea subtilissima, quæ per inaurationem de novo advenit, quæ non se habet, sicut si vna cuppa subtilior intra cuppam calicis ponetur, ut obiciunt Suarez & Vasq. supra; quia tunc illud vasculum subtilius non est pars maioris, nec facit vnum cum illo, sed semper manent duo vasa distincta; cum in nostro casu non sint duo, sed vnum; quod cum iam fuerit consecratum, non potest non retinere consecrationem, quamdiu idem numero perseverat.

96. De Pyxide, seu vase, aut Ciborio, in quo servatur corpus Christi, aliqui dicunt, debere etiam consecrari, & in Pontificali est pro illo specialis benedictio. Certe iuxta Missalis regulam ita fieri debet, cum expresse præscribitur, quod particula consecra-

ta ponantur vel supra corporale, vel in vase aliquo consecrato. Ceterum de rigore iuris id non esse necessarium, docent probabiliter plures, Suarez, Vasquez, Azor, Henriquez & alij quos affert & sequuntur Diana 1. tom. tract. 1. Miscell. resol. 2. Layman. d. cap. 6. num. 22. & alij Recentiores. Adde, illa vasa non vngi Chrysma ut notavit Suarez dicta sect. 7. §. ult. & Layman dicto c. 6. n. 22. Quare illi qui habent facultatem benedicendi omnia ornamenta, & alia necessaria exceptis iis, in quibus facta unctio intercedit potuerunt eiusmodi pyxides benedicere.

P. Vasquez n. 36. dicit, ex consuetudine esse necessarium, ut intra Pyxidem, in qua sacramentum servatur, sit vas aliquod ex ligno, quod benedictione corporalis benedictum sit. Verum hoc est vitium commune Scholasticis, ut consuetudines iudicent ex eo, quod in illa civitate, aut provincia, ubi versantur, fieri videntur. Scimus quippe, consuetudinem esse contrariam, quam ego nõ solum de Roma, sed de aliis Ecclesiæ provinciis testari possum. Similis est illa alia obligatio, quam Vasq. ibidem addit, de collocanda, & servanda Pyxide illa super lapidem consecratum. Quod quidem ex nullo iure probare potest, & consuetudo quam affert, nihil probat, cum solum sit ex decentia, & non sit universalis; nam Romæ toto anno sine eiusmodi lapide supposito conservatur: & quid cū passim exponi soleat sacramentum hoc per duos, vel tres dies absque tali ara supposita, non a; patet, unde maior obligatio esset subiciendi eam intra, quam extra custodiam ligneam: nec illa consuetudo videtur esse iuxta intentionem antiquam Ecclesiæ, in qua, cum olim non essent altaria mobilia consecrata, sed fixa, non poterat intra custodiam subici aliqua ara consecrata sed ad summum custodia ipsa ligneæ posset esse supra altare consecratum: non est ergo talis obligatio neque ex iure, neque ex consuetudine. De veneratione debita his vasis sacris, dictum est, quantum sufficit in 1. tom. de Intern. disp. 37. ubi erat proprius locus.

Requiruntur etiam Vestes sacrae ad hoc sacrificium, Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, laneta, omnes benedictæ ab Episcopo, vel Sacerdote habente facultatem à Sede Apostolica. An vero in casu necessitatis liceat celebrare absque aliquo ornamento ex leviioribus, vel cum eo non benedicto, ut absque Stola vel Manipulo, aut Cingulo; negant plures alij affirmant, quos refert Diana 1. tom. tract. de Celebrat. Missar. resol. 57. & de Cingulo in particulari, ref. 68. qui, quoniam multi sunt, non audeo condemnare eum, qui ita faceret. Potest etiam in eo casu Sacerdos, vti Stola pro Cingulo, vel Manipulo; aut Manipulo pro Stola, si sufficiens sit. Aliqui dicunt; Sacerdotem extra Missam communicantem debere sub mortali habere stolam: sed alj communiter id negant; cum quibus sentit Diana ubi supra resol. 20. & hoc est verius.

Perditur benedictio harum vestium, quoties ita dissolvuntur, aut minuantur, ut apte non sint ad suum usum absque novo artificio. Vt grat quando manicae assuta separantur ab Alba, secus esset, si essent globulis, vel funiculis connexæ, ita ut facile possent separari, & connecti, ut supra diximus. Hinc est, quod si Cingulum rumpatur, ita ut vna, vel singulae partes sufficiant ad suum usum, retineat benedictionem, & potest deservire vel illa sola pars, quæ sufficit, vel utraque iterum

Diana.
Layman:
Suar.

97.
Vitiū commune Scholasticis.

98.
Quæ vestes sacrae ad hoc sacrificium requiruntur.

99.
Quando & quomodo perdat benedictio harum vestium.

iterum per modum connexa; quia etiam si altera non sufficeret, & seorsim non retineat benedictionem, adiuncta tamen alteri maiori, ab ea participat benedictione. Itē si Planeta, vel Stola duplicata sit, potest altera pars seorsim deferuire, iuxta regulam positam.

100.
Quid dicendū
sit de raptu
Cingulo.

Potes, quando Cingulum rumpitur, ita ut neutra pars sufficiat, an utraque iterum connexa possit abque noua benedictione vsurpari. Affirmat Diana 1. tom. tract. 1. resolut. 4. adducens aliquos Auctores, qui vete eam sententiam non docent, vt Suarium, & Egidium de Coninck: Communis tamen sententia id negat, & merito; quia sicut Alba amittit benedictionem, separatis manicis; quia singula partes separatæ non sufficiunt, idem dicendū videtur de Cingulo.

101.
Instatū,

Respondeo.

Dices; partes Cinguli ita separantur, vt tamen absque noua industria artificis, per solam colligationem, & nexum facile connectantur; ergo sicut calix tonatilis, vel Alba cum manicis non assutis, sed aliter connexis, non perdit benedictionem vt supra diximus, sic dicendum erit de Cingulo rupto. Respondetur; etiam manicæ Albæ possent facile aciculis affigi, ita vt posset vtrumque Alba deferuire: non ergo sufficit posse partes facile connecti, vt retineatur benedictio, sed oportet, quod possint facile recipere connexionem, qualem prius habebant; quia benedictio respiciebat partes taliter connexas: illa autem connexio artificialis non perditur moraliter, quamdiu partes possunt abque artificio eodem modo connecti quod in partibus Cinguli rupti non contingit.

102.
Diana
Non est peccatum mortale
celebrare
sine Cingulo
benedictio.

Addit idem Diana dicto tract. de celebrat. Missar. resolut. 68 cum aliis, quos affert, non esse peccatum mortale celebrare cum Cingulo non benedicto, quod quidem propter auctoritatem saltem multorum, qui id docent, non videtur improbabile.

Aliqui addunt præceptum graue de calceis habendis, sed absque sufficienti fundamento. De capite non cooperiendo, multi communiter idem affirmant. Cæterum, stante necessitate infirmitatis, posse ex licentia Prælati id fieri, & quando non esset opportunitas eam petendi, posse cessante scādalo, id fieri absque licentia, tradunt alij multi, quos referunt, & sequuntur Layman dicto c. 6. numero. 16. & Fagundez ubi supra c. 2. in fine An vero reservatum sit summo Pontifici concedere prædictam licentiam, affirmat Barth. Gavantus in Rubricis Missal. tom. 1. p. 1. tit. 2. referens quandam declarationem Cardinalium, quæ licet prius non cōstaret: nunc tandem in Missali reformato iussu Sanctissimi D. N. Urbani V I I. Omnibus obseruanda proponitur.

Layman.

103.

Requiritur
ulterius mi-
nister.

Possunt Mo-
niales respo-
dere.
Vasquez.

Requiritur vltius minister, qui Sacerdoti celebranti inseruiat, & respondeat: requiritur, inquit, vnus; quæ obligatio magis ex consuetudine, quam ex aliquo iure expresse colligitur, vt obseruat Suarez disputat. 87. sect. 1. circa finem. Habetur tamen ex iure in capite. de cohabitatione Clericor. quod non ministret femina, quod intelligitur de ministerio circa ipsum altare; non tamen prohibetur, quod possint ex loco remoto respondere Sacerdoti, vt faciunt Moniales ex choro. Vnde non video cur non posset suppleri defectus ministri, quoad hanc partem per Moniales respondentes ad omnia, ita vt minister vir seruiat in altari, & feminae responderent ex choro, si vir nesciat respondere, vel sit mutus. Nam de facto quando Moniales re-

pondent cantando, non est necesse, quod respondeat etiam minister, qui est in altari. Quod vero Vasquez quæst. 83. art. 5. obicit; indecorum esse, quod ad feminas, dicat Sacerdos in Confessione & vobis, fratres; & ab eisdem audiat: Misereatur tui, &c. parum obstat: nam procul dubio de facto in illis verbis, & vobis, fratres, non loquitur solum cum viris, sed cum omnibus; sicut & in illis: Orate fratres, &c. non hortatur solos viros ad orandum, sed omnes præsentis, vt constat; illa autem verba: Misereatur tui, &c. non sunt absolutio, sed deprecatio. Cur autem feminae non possunt deprecari Deum pro Sacerdote, sicut de facto deprecantur, cum dicunt: cum spiritu tuo? Alioquin propter idem inconueniens non posset Sacerdos recitare priuatim Officium Diuinum cum femina, quod tamen nemo dicit. Non video ergo, cur interueniente necessitatis causa, id fieri non possit, quod à fortiori concedit Nugnus in præsentis articulo dub. 1. vbi interueniente eiusmodi necessitate, vtrumque ministerium concedit feminae. Cæterum, quod attinet ad ministerium in altari, magis allegatur V. Suarez dicenti, potius debere Sacerdotem ibi ministrare, quam feminam; cuius ministerium magis clare prohibetur in iure, quam celebrare absque ministro. Denique, occurrente necessitate, potest aliquando absque vilo ministro celebrari, docent plures, Suarez, Layman, Fagundez, & alij, quos refert, & sequitur Diana dicto tract. de celebrat. Missar. resolut. 43. Minor autem necessitas sufficeret meo iudicio, ad celebrandum cum ministro nesciente respondere, quia difficultus suppleretur ministerium alienum in ablutione prima manuum, & secunda digitorum, quam responso, quam implere posset Sacerdos, vt quando recitat solus Officium Diuinum.

Restat vltimo loco dicere de obligatione obsequiandi ritum præscriptum in Missali, & eius regulas, vel Rubricas, an sit sub peccato mortali. Cōueniunt omnes, quod sit sub peccato graui ad mortem non ita operandum contra Rubricas, vt videtur in introduci alius ritus diuersus celebrandi. Hoc enim potissimum intendit Pius Quintus, dum obligauit omnes ad hunc ritum, & prohibuit alios. Item mortale esset addere orationes, aut alias ceremonias, quod tamen ex poruitate materis potest esse solum veniale. Facilius excusari potest ex leuitate materiam omisso alicuius partis exigua; quod quidem etiam intra Canonem admittit Suarez, disp. 83. sect. 3. Tota difficultas est in determinando in particulari, qualis violatio regulae, vel Rubricæ, sit exilimanda substantialis, & grauis: vnde vtile erit, aliqua exempla subiicere, de quibus speculatur quæri solet.

Primo ergo quæritur, an qui contra regulam Missalis in festo duplici, vel Dominica dicit Missam votiuam, vel de mortuis, peccet grauius. Affirmant aliqui, quos refert Diana tract. de celebrat. Missar. resolut. 30. Negat Suarez dicta sect. 3. cum aliis multis, quos affert, & sequitur idem Diana ibi, quod verius videtur.

Secundo quæritur, an sit mortale, omittere orationes, quæ dici solent, dum Sacerdos sacris vestibus se induit. Affirmant Nauarrus in Man. c. 25. & Confil. 3. de celebrat. Missar. Syluius in præsentis articulo dub. 5. Alij tamen, & Azor tom. 1. lib. 10. c. 29. quæst. 5. Alij tamen melius negant: Layman dicto c. 6. n. 12. Fagundez dicto c. 2. n. 9. & alij multi, quos refert, & sequitur Diana loco citato resolut. 41. quia illa non est

est materia præcepti, sed instructionis, & directionis.

Tertio quartitur, an omittere *Gloria*; vel *Credo* quando debet dici, sit mortale. Dubitat Nugnus in præfati 9. 84. art. 4. dnb. 2. ad 3. Alij absolute negant, cum quibus Filliucius tom. 1. tract. 5. c. 5. numero 155, & Diana ubi supra resoluit. 19. Si tamen omitteretur Epistola, vel Euangelium, non audeat illud à mortali excusare Suarez dicta sect. 3. Facilius posset forte excusari à peccato graui Sacerdos solemniter celebrans, qui Epistolam, quam Subdiaconus cantat, non recitat, vel Euangelium quod à Diacono cantatur, prout excusatur à Vega, & alius, quos affert, & sequitur Diana loco citato resoluit. 42. quia tamen falso supponit, id in Missali non præcipi: nam tenet præcipitur expresse ibi in Rubricis Missæ solemnibus. Aliunde tamen posset videri leuitas materiz, eo quod tunc non omitteretur Epistola vel Euangelium in Missa; siquidem cantatur solemniter à ministris, ad quos spectat illa autem lectio, quæ omitteretur, videtur esse magis priuata, non tam pro populo, quam pro ipso Sacerdote. Potest ergo eadem materia, quæ est grauis, si omnino omitteretur, esse leuis, si non ab utroque, sed ab vno solo cantetur, vel legatur Ex quibus casibus facile potest in alijs similibus iudicari.

DISPV TAT. XXI.

De iusto Missæ stipendio.

SECTIO I. *Qui, & quo titulo accipere possint stipendium pro Missa.*

SECTIO II. *Quantum stipendium accipere possit Sacerdos pro Missa.*

MATERIA hæc facilius, & breuius iam expediri potest, post decretum Sanctissimi D. N. Urbani octauus, quo multæ quæ prius controuerfæ, & disputabilia erant in hoc puncto, definitæ sunt & stabili lege præfixit modum in iis habendū. Dicemus ergo prius de iustitia, & titulo stipendij secundum postea de modo, qui seruari debet in eo accipiendo.

SECTIO I.

Quid, & quo titulo accipere possint stipendium pro Missa.

CERTUM est apud Catholicos, posse licite Sacerdotes Evangelicos accipere à fidelibus, quibus spiritualia ministrant, stipendium sui ministerij, imo & habere ius ad illud exigendum; quod Apostolus Paulus late probat cap. 9. Epist. 1. ad Corinth. & colligitur ex verbis Christi Matthæi 10. Dignus est operarius cibo suo: & definitum est in Concilio Agathensi cap. 36. & alibi sæpe. Difficultas tamen non leuis est in reddenda ratione, qua possit hoc excusari à labe simoniæ: nam sicut non posset absque simonia vendi collatio Baptismi, vel alterius Sacramenti, vt omnes fatentur;

sic nec potest vendi oblatio sacrificij, quæ non minus est actio spiritualis ex potestate spirituali procedens. Ergo sicut non potest accipi pecunia pro collatione Baptismi, sic nec poterit accipi pro Missæ oblatione. Nam vel illa pecunia datur ex misericordia, & vt elemosyna, vel ex iustitia. Non datur solum ex misericordia, quia hæc non obligat, nisi in graui necessitate, nec postea obligat ad restitutionem: stipendium autem Missæ debetur etiam Sacerdoti non indigenti & debet postea restitui: datur ergo ex titulo iustitiæ conmutatiuæ ergo datur pro illo beneficio spirituali, quod accipitur à Sacerdote, quod non est aliud, nisi oblatio sacrificij.

Muli possunt esse modi hoc explicandi. Primo enim alij volebant hoc debitum non esse ex iustitia, sed ex obedientia, prout videtur insinuare Paulus illo cap. 9. dum dicit: Ita & Dominus ordinauit his, qui Euangelium annuntiant, de Evangelio viuere. Vnde duplex videtur interuenire præceptum: alterum sustentandi Sacerdotes, qui nobis ministrant; alterum quo Sacerdotes ipsi tenentur ministrare iis, à quibus ad eum finem sustentantur.

Hoc tamen facile reiecitur. Primo; quia Paulus in illo loco satis ostendit, illam obligationem non procedere ex solo iure positivo, sed ex ipso iure naturali, vt constat ex illis exemplis, quibus vtitur: *Quis militat suis stipendijs vniquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem & de lacte gregis non manducat?* Et hoc ipsum indicant verba Christi, *Dignus est operarius mercede sua.* Secundo, quia debitum ex solo titulo obedientiæ non obligat ad restitutionem, transacta occasione: quare nec Sacerdos, accepta sustentatione, obligaretur ad restituendum stipendium acceptum, quando est morti proximus, & non potest satisfacere præcepto celebrandi: nec etiam qui Missam petit, obligaretur ad restitutionem stipendij, quod promittit postquam iam Sacerdos sustentatus est.

Secundo dicunt aliqui, illas pecunias non dari vt pretium rei acceptæ, sed sub conditione Missæ: sicut si aliquis mihi donet 100. aureos sub conditione, si hæc nocte dormiam: tunc somnium est conditio purificans donationem: pecunia tamen non datur vt pretium somni. Hoc etiam facile reiecitur, primo quia est contra sensum omnium, qui tamen inter dantes quam accipientes, agnoscunt veritatemque obligationem reciprocam iustitiæ. Secundo, quia, si solum esset donatio sub conditione, non maneret obligatus Sacerdos, accepta pecunia ad celebrandum, sed ad summum deberet reddere pecuniam, eo quod conditione non sequuta, donatio non esset purificata. Tertio, quia Sacerdos non posset alienare pecuniam, vel libros acceptos pro stipendio, antequam Missas celebret, quia non daretur factus Dominus. Quarto, denique, quia hoc eodem modo posset palliari omnes Simoniz, in quauis materia. Possem enim dicere: do tibi pecunias, non in in pretium, sed donatione spontanea sub conditione tamen, si dederis mihi Sacramentum, Reliquias, Beneficium, &c. Quæ conditio posita, donatio purificaretur. Vnde apparet non posse in illo modo præscindi à præteritis quoties conditio est, quæ intenditur vt finis propter quem volo dare aliquid illi, qui post conditionem non de gratis, sed intuitu illi alteri dat; qui est contractus onerosus, donatio, vt facias.

Primus explicandi modus est quod debuit sit ex obedientia.

Hec tamē facile reiecitur.

Secundus aliqui dicunt hæc pecunias non dari vt pretium, sed sub conditione Missæ.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Tertio